


BIBLIOTEKA


Zakł. Nauk. im. Ossolińskich

XVII


7417

1.483





PANEGLYRICVS
SIGISMVND O III.
POLONIÆ ET SVECIÆ
REGI &c. &c. INVICTISSIMO



¶ Gregorio Laurentio Borasto Go tho dicatus
VILNAE.
In Typograp*hia* etri Blafti.

1611

1.483



XVII-7417-II

3
2
1
P
19XII
ee
19
19



I quantum hæc Victoria tua,
INVICTISSIME REX, gloriæ Ti-
bi, dignitatis Reipublicæ attu-
lerit, externa animorum testi-
ficatione est exhibendum, pu-
blica quidem lætitia, ut magni-
tudine infinita, ita non nisi in triumpho Tuo,
qui immensus splendore est; gratitudo verò,
quæ æterna esse debet, non nisi immortalite-
tate, quæ obliuionem vincit, expleri po-
terit. Reddidisti enim Regno, quod pul-
cherrimum erat, prouinciam fraude quondam,
celereq; abreptam: reddidisti Te, quod opta-
tissimum erat, Reipublicæ: reddisti Te
cum, quod erat amplissimum, veterem Polo-
num gloriam, quæ de superiorum quodam-
modo Regum fortuna virtuteq; queri deba-
tur se cum Smolensca, tanquam parte sui ha-
cœlius absuisse. Et hæc tantum reddi po-
terat, cum ex more fortissimorum Regum, v-
tis si satis poteras Regno, satis Posteritati, i-
citatortasse & gloriæ fecisse, nisi amplius fel-
egret Tua, sicut Regnum, sic sorti Regi
rediresta, quæsiuisti. Voluit enī, ut t-
re, cœs, quantum à felicitatis maximæ
im facit munum. Nam & ma-



præclaræ de hostibus, ipsorum in solo, victoriæ, & validissimarum Vrbium expugnationes, & frequentes arcium hominumq; ditiones, MOSCOVIA deniq;, nullius vñquam externi in imperio solioq; suo, sibi nominis conscientia, rerum gestarum, gloriæq; Tuæ, & magnitudinis ac fortunæ cæ, noua & insolita accessio esse debuit. mobrem, cum hoc, neq; notum vñitatum attuleris, nota illa & vis etitia, postquam victam se & infestat, nè victum quicquam nisi hostis Tuam induit, quæ tot tantorumq; onscientiâ, sola par est triumpho. In Respub. intuetur, libens quidem couiam, Principum suorum tradenter sequentem captiuitates, inde Cluszi toriæ trophæa, & semper victæ genitac iniussas Ducum cædes, & oblates enas; illic Victoriam, biennium suum, Vrbis excidio terminantem, omissovia, libens respicit quidem: nihil antea, & saepe, ad alia circumfulge flebitimq; Tuorum decora, oculos rorū omnis anteactæ pacis atq; maximo optat orum & curarum monumenta, pari volt legni contemplatur. Tam enim felicitas F est,

est, quod Tua regitur prudentia, quam defen-
ditur bellis, neq; minus iura, populis dantem,
impense colit Iustitiam, quam cupidè videt Vi-
ctoriam. Nam, quantum nunc triumphum
admiratur, tantum virtutem eam omnem, qua
haec tenus gentium harum salus stetit, amavit
semper. Etsi verò hæc neq; omnia, neq; pro
dignitate Regia, complecti potest oratio, ta-
men, cum Tuâ, SER.^{me} REX, & illâ quan tri-
umphus facit, animi vultusq; serenitate, eam di-
gnaberis, minus aures, oculosq; hominum ve-
rebitur, qui iam ad Tui amorem, cultuq; hu-
ius tam diuturni, tamq; salutaris imperij tene-
uolentia sunt imbuti. Quod cum sumnum
maximumq; ad regnorum utilitatem, suamq;
gloriam exhibere possint Reges, uactum, de
hostibus triumphasse, dicant feliciter,
domi ciuib; bene aerint, hanc
quoq; legem statuan. poem Te pri-
ipsa regni administrat, tum viatores,
quod maius gloriæ nomen est, bellicos exhi-
bit virtus, & triumphus. Tunc id : annib
Reges accepere tunc primū Poloni, cum
per varia magistratum nomina fortunamq;
errasset Respublica. Quippe imperium alio-
rum experti, Regum tantum approbarunt,
quod

quod ita postremum fuit, ut esset sempiter-
num. Adeo constantiam adieceré iudicio, quo
simul publicæ, simul priuatæ rei incolumita-
tem, ac vniuersæ omnino posteritatis salutem,
& dignitatem decreuerant. Tantum ergo iam
tunc amplissimi Senatus consilium, commu-
nisq[ue] regni consensio, fatis Regum credebat,
à quibus vnicæ pacis, bellorumq[ue] præsidia, æ-
ternâ quadam & immutabili securitatis lege
postulabant. Atq[ue] hæc est, SER.^{me} Rex iudi-
ciorum maiestas, quæ Te Regem pronuncia-
uit: hi populi gentesq[ue], hac animorum con-
iunctione elegere: hæc virtutum atq[ue] merito-
rum fiducia apud exterios approbavit. Nolui
eum ergo ab humilione laude orationem ordi-
ni, quan Tu regi nū, sit et non verear, ne quid in
Rege, nisi regi laudare possim. Nam vt in
caelorum orbibus tunc oculorum aut
mentis aciem circūsum, nihil in universa
mole, nihil in partibus, quas sidera & stellas
appellamus, nisi cælesti & sui simile deprehen-
dimus: Sic in Tui contemplatione, siue to-
tum Te, hoc est, quantus imperas, intueamur,
siue imperium in annos, siue virtutes & res gestas
partiamur, nihil nisi Rege dignum, & par tan-
to fastigio reperimus. Natus enim in amplissi-
mo

mo Regno, maioribus, auisq; Regibus, id an-
tiquissimæ splendidissimæq; familie adiecisti,
vt cum hactenus fortissimos heroes, maximos
principes, Reges potentissimos, & hos ani-
mos, qui omnis fortunæ, omnis dignitatis fu-
re capaces, genuisset, Tu continuam hanc bo-
ni seriem, Tua accessione perpetuam feceris.
Nec errare potuit similitudo, cum se facile Tuo
in vultu, factisq; & fortissimi Patris, & religio-
sissimæ, pientissimæq; Matris effigies testen-
tur, quæ Te non minus sibi, quam virtuti vin-
dicant. Itaq; sicut inter conditores auctioresq;
clarissimæ stirpis, summa regnum virtutum=
q; ornamenta ipse recenses, ita læta olim & fæ-
cunda posteritas, Te propagatorem sanguinis
huius, non inter florentissimos tantum, sed fe-
licissimos etiam generis parentes numerabit,
qui acceptam à maioribus claritatem, auctam
cumulatamq; soboli tradideris. Est vero quod
dubitet posthac fortuna, inter sua æstimare
bona, magnorum virorum originem, eorum
præsertim, qui amplissimas opes, auitamq; no-
minis magnitudinem, nouis inuicem meritis
accepere & reddidere posteris, cum Te sum-
mus honor, & constans à principibus, Regi-
busq; tradita potestas, atq; stabilis rerum ge-

starum

starum celebritas, in regia familia ita præcesserint, ut non fortuito appulisse, sed cum ista hominum, factorumq; connexione, necessariò præiuisso videantur, nè quid in maioribus Tuis angustius, nè quid exilius Tuis annis, Tuisq; rebus gerendis inuenires, quod non secura felicitatis Regiæ gloriæ, libenter aspiceres agnosceresq;. Nam, quemadmodū fortunatum, quietumq; Patris regnum suauiter animo ac recordatione usurpas, ita credibile est, Te summa cum temporum daudumq; illecebria, Herculeum Aui Tui seculū sàpè intrare, qui vnuus audendo, rem prope collapsam & euersam restituit, qui externæ tyrannidis crudelitatem, in publicæ captiuitatis mala, communèq; excidium sauentem, à patriæ cœrūcibus repulit, qui promiscuas virorum principiam, plebisq; cædem, rerumq; omnium stragem in pacem & securitatem conuertit, qui deniq; libertatem peregrinæ dominationis spoliū vniuersis, sibi verò posterisq; regnum, vestissimum familie decus, reddidit. Et quamvis Tibi semper antiquius fuerit, maiorum Tūorum æquare, quam audire laudes, licebit tamen ultra patriam & propinquā generis spacia cogitationem extendere. Etenim quid iucundius,

aut hac magnitudine Tua dignius accidere pos-
fit, quam vniuersi penè orbis prouincias, po-
pulosq; ac nationes, ad domestica illa & infini-
ta gentis Vestræ ornamenta, suos, omniumq;
Rerumpub. ac regum honores vndiq; adnu-
merare? Quicquid enim habet summum &
vltra regnorum nomen Germania, Romaniq;
maiestas Imperij, quod maximum potentiae
fastigium, inter diuina hactenus cognomina,
Hispania Galliac; coluit; quæcunq; demum
potestas, vel bellorum gloriâ Sarmatiam cælo
extulit, vel post immensos naturæ terrores, &
quasi deficientis mundi solitudinem, ausa est
leges dare Oceano, vt regnaret Britannia, o-
mnia, inquam, hæc, iamdiu origini Tuæ, perpe-
tuæ consanguinitatis incrementa transmit^{unt}.
Quare cum ea Te in lucem, non hanc vitæ so-
lum, sed gentiu^m regnum eduxerint, summeq;
iamtum rei, iur^m ariæ destinari int, null^m in ipse
Tui moram fecisti, quin regiam statim indo-
folio atq; purpuræ approbares, quamuis
circa munera publica explicare non po^t
quamdiu Pâtris vitæ claus & gubern
regni debebantur. Tum primùm illa tot
uinciarum capax, tot potens nationum, tot p-
polos olim largita orbitellus, suam respexit

B

mpli-

amplitudinem; nec vñquam sibi visa est angu-
stior, optassetq; diuidi, si diminui potuisset Pa-
tri, aut nisi tota Tibi tradi voluisset. Sed ô mi-
rificam Fatorum legem! trans mare alieno in
solo, externam apud gentem, in felicitatem
Tuam properatum est, nè tardè inciperet.
Numerabas in patria ditiones Patris & popu-
los Tibi debitos, animosq; & mores ad singu-
lorum instituta efformabas; iamq; huc Iustitiae
& Fortitudinis administrationem, illuc clemen-
tiæ & facilitatis moderationem tacite præpa-
rabas, & nesciebas hunc virtutum apparatum
alteri prius regno deberi; considerabas cognas-
torum principum iura dignitatesq; nobilium,
magno animo, pari sæpe periculo tuendas,
ecce hanc commentationem nobilitas
sibi vendicauit, iam pacem placide, ite-
a fortiter tractabas.

sominiuisti vtris-
sagre, i hanc suam
integram inuiolatamq; conseruaret.
Semper fuit placere suis, sed & per-
xteris, maxime, vt imperes. Ergo
andidatus Fortunæ Tuæ, proprius
stimabas, regias curas solicitabas.
vicerat enim in decus illud, annorum tuo-
rum gloriæq; celeritas, vt inueniret foris vir-
tus,

tus, quod domi negauerat Fortuna; an verò,
quod hæc paulatim præparabat, illa statim
præuenit? Ite nunc funesta orbis terrarum
piacula, tyranni, & parricidio regnorum nefas
quærite, quibus satius est citò nocentes fieri,
quam tarde regnare: videte, quam nunquam
ferò venit regnum, quod iuste venit, cum eti-
am insperati fasces vltro dominum ambient.
Nam & hic, REX Maximè, meritis Tuis cumu-
lus debebatur, vt non solum ad regnum nasce-
rēris, sed etiam, nè expectares. Quod si quis
autem sanguini hoc tribuat, vt Regem tam
procul legeret Polonia, nescio an maius sit,
talem Te natum esse, de quo diuersa certarent
regna; alterum, ut quantocius haberet, nè ca-
reret; alterum, an talem Te educatum affor-
matumq, vt prius usuram Tui expeteret illud,
quod tardius ius ~~ricu~~ hdi men verat. Eib[us] inc
quidem proderat Poloniæ, præsenten~~u~~ am
necessitatem, quâ aliud carebat regnum
ponere, ne si prodidisset se ~~univer~~ studio
virtutum Principis ferri, nunquam remisisset
Suecia. Quanquam & h[oc]e tantò hon[or]ificen-
tius illi fuit ad gloriam, huic etiam ad utilita-
tem insignius, cum Polonia quidem Ipsum pri-
us habuerit, Suecia verò acceperit experien-
ansup
B ij tiorem.

tiorem. Neq; hic electionis regiæ decus stetit,
sed maiora & augustiora dignitatis incrementa
moliebatur Fortuna, vt appareret, nondum
ad summum, honores peruenisse, qui sic ince-
pissent. Continuò enim atq; regnum intrabas,
iam tibi æmulus parabatur, vt quanto illustrior
eius auctoritas, maiorq; potentia, & terror es-
set, tantò plus gloriæ in Te redundaret, quod
eum publico consensu, opibusq; superaueris.
Contenderat antea Polonia cum vicino regno,
vt Te patriæ ac parentibus abstraheret, nunc
secum certare oportebat, vt retineret, insigne
datura specimen, sese iam tunc animo te acce-
pisse, neq; imbecillo, pro quo arma sumsit,
neq; fido, pro quo carissima pignora, sanguinem
quam, & fortunas, exposuit, neq; timido,
pro suo aduersum potentissimum Princi-
pem, suscepit bellum.
Absolunti tuum, o nobilis R eipub, factum,
quod tam constanter defendisti, approbasti po-
steris prudentias, iudiciumq;, quod tam ani-
mosè propagasti, et qualisti orbi terrarum,
senatum ciuesq; tuos, non minus sapienter eli-
gere principem, quam fortiter tueri. Noluit
itaq; SER^{mc} REX, hic rerum tuarum cursus,
regniq; fata, leuiter maxima esse, noluere in-
quam,

inquam, nisi summâ, vt à gloria, ita periculo
incipere; non aliter atq; illorum dierum pul-
critudo se commendat, qui per maris terra-
rumq; tempestates, aut imbrium fragores, ful=
minumq; ignes, ad laboriosæ serenitatis lœtitiæ
am eluctantur. Quæ eorum tantum hominum
laus haç enus fuit, quorum honoribus, non
nisi grauissimis rerum discriminibus, veluti tre=
pidante ad successus suos fortuna, satisfieri po=
tuit. Nam & magnum Græcia, Persiaq; credi=
dere Alexandrum, cum supremo prælio Da=
rium consumisset, & India, cum Porum, suoq;
armatos ebore Elephantos debellasset, non
cum successisset Philippo: & Scipiones iure
in cognomen magnæ partis terrarum intrasse
videbantur, cum alter viçto Annibale Cartha=
ginem seruire, alter perire coegisset. Sed dif=
ficile est ad humani iudicij momenta, Tuæ Fe=
licitatis præconium aestimare, & iniquum pör=
rò, inter angustas ingenij metas, victoriam mo=
rari. Vetus, quæ maxi= facillimis in
rebus, extraq; fidem homini suis, inte=
gram penes se veritatis fidem ne gloriatur,
eo die, quo in Macedonia n Perse gestum
est bellum, post ingentia locorum duortia,
Romæ nunciatam esse vam, Vatiniani

carceris

carceris innocentia, atq; duorum iuuenum
puluerulento apud Iuturnæ lacum, cruore
probat. Et Tu hic vincebas, cum seipsam fama
vicit, vt, quamuis pennata semper fingatur, Vi-
ctoriæ tamen aduita alis, sese per omnium gen-
tium aures iacularetur, oraq; vniuersa & lin-
guas, quibus innumeris viget, explicaret, si-
mulq; SIGISMVNNDVM & victorem & Regem
proclamaret, licet Tu nondum Rex esles.
Sed cum neq; Rex esse posles, nisi vicit, neq;
victor, nisi Rex esles, nihil sanè peccauit aut
Fama festinatione, cum vtruncq; statim coniun-
xit, neq; Polonia morâ, vt alterum mox hono-
rificentius faceret. Et quamuis ius fasq; pro-
mitterent, fortunam belli facile maiorem no-
bilitatis consensum fecuturam, longè tamen
haud dubiè calamitosissimum fuisse, si Res-
pub. ab externis ducibus bellum aspicere co-
geretur, domi & intra sua viscera, suoq; promi-
scue sanguine, geri, nisi clades eô declinasset,
vbi minori d. o noxaq; Victoria vince-
ret, vt iustio effet, qui innocentior veni-
ret. An sic me regnare SIGISMUNDVS, cum
sic debuerit pacari Polonia? Ipsam credo
Victoriam, quam ola candoris insignia notant,
nigras tunc exo quilas, suo se adiunxisse
colori,

colori, suamq; & natiuam intra formam, Tuas
Polonia alites fecutam. Intraisti ergo vicitor,
Vrbem Regum, non iam ad incerti domini cu-
piditatem amplius fluctuātem, sed Tua stabili-
tam innocentia, neq; peregrina vltra metuen-
tem arma, sed tuo exultantem triumpho : vbi
tibi primō omnium obiecta est, hinc, superio-
rum regum maiestas, inde fortissimorum po-
pulorum dignitas, vt tam felix illorum esles
successor, quam prudens horum rector, subie-
cta oculis, imperioq; gens omnium bello flo-
rentissima, vt dux esles, cuius neq; in Repub.
cum res gestas famamq; intuereris, Romano-
rum virtutem, neq; in bellis vim Macedonarii,
neq; in pace, gloriam Atheniensium desidera-
bas, cui ideo Tu Africanos, Alexandros, The-
mistoclas præstares, vt quæcunq; in singulos
horum diuisa fuere bona, in te vniuersa coiret,
nè qua gentis aut portio Regem
xemplum non haberet. O lætu-
natum ingressum hunc, quem post
vis, non metus, non lucidus solit
la onerabant, sed cum Vicitor
publica, quies, securitas inc
atq; in anima, præsentis gaudij magnitudinem
non
na-
cia
d muta etiam
palam

palam testabantur; neq; singuli solum homines,
verum hic Senatus, illic Eques, vbiq; Plebs,
in communes, in priuatas ruebant gratulatio-
nes. Quod aliud quid fuit, quam per tam ef-
fusas vndiq; voces, per innumerias mortalium
omnium acclamations, ipsam iam Poloniam,
sic Te excepisse, sic Tibi, sibiq;, læta & fausta
omnia precari, & nè gestu tantum, nutuq; læ-
tari, aut parum imperio tuo confidere, videre-
tur, sic palam studia sua effari, sic tecum loqui
voluisse; neq; enim angustius loqui potuit Po-
lonia.

Quod maximum potuit mihi à Deo immor-
tali accidere potius, quam ego optare, id tua
hæc victoria, felixq; ad regnum accessus per se
abunde, cumulateq; attulere. Afflita enim
ex fortissimi regis obitu, cum multa timerem,
vnum tantum expectabam, vt nouum eum ha-
bem, quem facerem. Tu verò, vt
felicissimum habeam effecisti,
cum cōtorem, & animo atq; gloriæ tuæ
ita r accipio, tanquam neq; cum
vsi cæmulum debellaueris, ne-
non id, regni ccepisse fuerit. Talem Te
præxitare, siu
in Te eliger
vitæ Tuæ lex est, siue meæ,
uendocq; (vt Tu vocas) bene-
uolentiæ,

neuolentiæ, ita vicem reddere venis, magnam
iam boni imperij partem, ego ingressa sum, Tu
impleuisti. Ac mihi quidem libertatis loco
semper fuit, quod licuit semper optimum eli-
gere: cæterum ad Te maius aliquid, trans mare
spem meam transtulit. Nam aliorum quidem
existimationi, & Tuæ quodammodo opinioni,
permisi tunc satis videri factum, cum Te extra
regnum elegi; meo verò in Te non ante amoris,
quam cum periculo propriæ defendissem qui-
etis. Sed tantò gratior erit illa, quam tu da-
bis. Etenim iam antea, cum inter summorum
principum fortunas, dignatesq; anxia quære-
rem, quis tantum nomen impleret, cui ego me,
meamq; salutem crederem, trepidauit sancè in
alijs assensus, in Te repente conquieuit. Et
quamuis sanguinis coniunctio me allexerit, ut
Te primum expeterem, Tua tamen virtus pre-
stigit, ne dubitarem, felicitas verò etiam mea, ne
errarem. Neq; enim ego aliàs, tam procul stirpis
IAGELLONIÆ fidem agnouisse nisi Tu indolē ap-
probasses. Nam cum illa solūm hoc conferre
posset, vt plerūq; Te Regem Iagelloniæ fieri pla-
ceret, hæc fecit, vt oportet. Sed nihil mihi
illo virtutum ac meritorum periculo iucundius
euenire potuit, cum viderem aliquos ambire re-

gna, Te mereri; & sic ubi merebantur alij omnes, Te præ omnibus mereri. Neq; id me nunc, præ lætitia, cum fortuna magis tua, quā Tecum loqui credas, cum experimentum iam habeas virorum, animorumq;. Eadem semper, si huic victoriæ, si Tuo, si nostro iudicio credis, fides & constantia, caritatem apud nos in principem, obsequium in Regem propagabit: sic autam regni gloriam, sic maiorum instituta, liberi homines conseruamus; pareturq; hic tantò glorioius, quantò longius à seruitute. Libertas namq;, non vnius obfessa potestate, sed in communi posita, regnum & populos, & hanc rerum gloriam facit; cum ipsa Reges accipimus, nec diutius tuemur. Quamobrem, nunquam, nisi publicæ salutis necessitudines Regibus legendis affero. Feci enim Princes, ex priuatis, Piastos, ex sexu alibi non forti Vendas, ex externis Jagellones, vt cæteris constaret gentibus, me delectū seruare Regum, non sequi necessitatem. Quod idē etiam circa Te, maxime oblaure volui, quod sperarem omnino, p. m, pacis, bellicq; laude, ac felici rerum omn. statu florentes, mihi ac communis gloriæ per gratulaturos, prudens tius neq; me eliger. eçq; Te imperare, potuisse.

In hac

In hac vniuersæ, de Te Reipub. spe atq; fi-
ducia, illud tibi longè magnificentissimum, ipsi
fortunatissimum, evenit, non potuisse decipi.
Nec publica diu felicitas dubitauit, qua parte
inciperet, postquam, veluti consumta suprema
fatorum discordiâ, arctissima matrimonij con-
iunctione & sempiterno benevolentiæ ac pacis
fædere sibi inuicem Polonum & Austriacum
nomen obligasti. O non iucundam minus,
quàm salutarem, grauissimarum rerum con-
uerzionem! cum illa vniuersa inimicitiarum aut
formido, aut suspicio, quæ gentis vtriusq; ha-
cenus animos peruagata est, in tam suauem &
perpetuam huius plusquam amicitiæ confoci-
ationem & vinculum concessit. Hæc enim vim
difficultatibus maximis fieri necesse erat, nè
Tu, nisi Coniugem ex summa familia haberet;
quæ, vt semper Imperatores Regesq; dedit
maximos, ita non semel, notos & vltatos iam-
diu regnorum terminos, virum ac potentiam
amplitudine transuecta, non o imperio nouum
Mundum, nouos etiam limites inuenit.
Cum itaq; non virtutum t
etiam fæcunditatem att
beneficio effectum est,
iam Regum eligendoru

C 7

n, sed liberoru
, eius singulari
imum plerumq;
riculum viderit

Polonia,

Polonia, postquam Te in similem propagasti
sobolem, quæ diuersa posthac factionum stu-
dia in vnum congregabit. Et hactenus quidē,
sicut Regum iamdiu vitam propria tantum
bonitas commendabat, ita interritum nulla
proles compensabat, cum Respub. ab eorum
tumulis, suos tantum lucus, nullum summæ
rei solatium referret, nisi quod alibi quæsitura
esset. Tantò ergò nunc iucundius tecum viuit,
viuetq; semper, quamdiu non deerit, qui S I-
G I S M V N D I ora atq; vultum, vitam deniq; &
facta ciuib; præstabit. Nam dignitatem glo-
riamq; suam, Te etiam post mortalis æui de-
cursum, porrò conseruaturum videt, cum ad
Regni Polonorumq; omnium spem, Soboles
Tua succreuerit, quæ nomen Vestrum ac me-
moriā tam efficiet sempiternam, quam ipsa
incipit esse numeroſa. Ergo hinc iam, maiore
Tui parte semper superstes eris, non rerum,
inquam, tantum gestarum gloria, quod multis
Regum in Polonia contigit, sed regia proge-
nie, quod iamdiu nulli. Hucusq; enim boni
huius oblitera fuisset P e spub. nisi Tureuocasles,
iterumq; dubio procūl, tempestates & pericula
la timuisset, nisi duo PRINCIPES, regni lumina,
veluti ex propitio cælo Ledæj fratres, exorti
fuissent.

fuissent. Et alter quidem tanquam nouum si-
dus, recenti ortu regnum exhilarauit, alter iam
Patriâ virtute lætatur, & constatēm stabilemq;
iaculatur lucem; qui ita ætatem ingressus est,
vt nihil molle oculis aut auribus aut animo
accipere possit. Nam bellis hactenus paternis
innutritus, quid nisi magni animi, nisi arduum,
nisi inuictum hauriat? Ipsos quoq; annos, quo-
dammodo totidem hostibus, &, quod gloriosissi-
us est, totidem victorijs numerauit, extulitq;.
Quid verò flos ille præcursor virtutis Regiæ,
quam lætam, felicemq; prodit indolis maturi-
tatem? quæ plena erit, non cum facient anni,
sed vbi vtetur Respublica. Siquidem & nox
astrorum claritatem, non facit, sed quasi pro-
fert, cum accipit: ita Principis virtutes, soli-
um non dabit, sed in se conuertet, cum efferet.
Ac quod ad magnitudinem animi attinet, quæ
maxima in Principe esse solet, & requiri maxi-
me, quid VLADISLAI adolescentia aliud, quam
bellica & Martia quædam ætas fu^t, vnde pa-
res temporibus suis spiritus, mente conce-
perit? Quò minus necessariu^m fuit, ut e prisco
quopiam & celebrato magi^m in vero, hero-
um æuo, facta aliena aduocentur, ex quorum
disciplina, laborum ac curarum leuamenta ad
maiorum

maiorum res gestas excitabantur, cædesq; can-
tabantur & bella, tam forti voce, quām manu
gesta, vt alienam æmulationem frequens vir-
tutum commendatio erigeret, atq; inflammari-
ret. Acrior enim hic & suauior Regios pena-
tes magnarum rerum necessitas intravit, vbi
à Rege atq; Patre absente, arcium & ciuitatum
expugnationes, terrarum & populorum suba-
ctiones, acies & prælia & victoria transmittun-
tur, à præsente & fortitudo exprimitur, & tri-
umphus ostenditur. Necq; verò liberis validius
sui incitamentum dare Virtus potuit, quām
quotidianam & veluti astantem semper paren-
tum gloriam, cuius tantō maior teneris adhuc
animis blanditur facilitas, quantō uicinius a-
dest fortitudinis exemplum. Sic Macedonum
Rex Philippus, cum Methonem, cum Olyn-
thum expugnat et, cum Thessalorum robora
debellaret, cum vim opesq; Græciæ infringe-
ret, Filium inter generosas lacrimas & non il-
laudatam i^o idam accerrime ad Famæ bel-
lorumq; lmdem animauit, vt is paulò post,
nondum fui squam dolescens, Babylona &
Oceanum & Apoc. nem, sua e Macedonia spe-
raret. Nam damno suo felix Pater, fortissimū
ei ad gloriæ cursum, toties calcar addidit, quo-
ties

ties ipse debilitato apud Triballos greslu clau-
dicare conspectus est, imò latus tam vnicum
se Macedoniæ lumen dedisse vidit, quam ipse
alterum, ad Sandanum amisit. Sed Tu quidē
VLADISLAE in certissimam Patris & Reipu-
blicæ lætitiam natus, eas tecum animi dotes,
post tanta virtutum semina, palam ad messem
perduces, quæ publicæ expectationi dignita-
tig satisfacient; excitabisq; in tui veneratio-
nem, non minus doctorum hominum ingenia,
quam virorum fortium, atq; Polonorum con-
citata iam studia. Et nunc maius quiddam hæc
ætas tua spondet, quam vt futurarum rerum
vaticinium, vlla ingredi audeat oratio. Quod
enim sublimius aut admirabilius initium à for-
tuna sumi potuit, quam quod Moscovia, pe-
regrini haec tenus insolens imperij, tuum certa-
tim ambit; in tuum iurat nomen; Tibi inex-
pugnabiles vrbiū atq; arcium moles aperit;
tui absensis fiduciā, nunc primūm ausa est Tyr-
annidi scelera sua & vindictar idere; Tibi
Principum suorum cædes, vli diui-
sit; Tibi Reges deniq; suos, a maius
imperij nomen, à solio, ad ext nám ignomi-
niā, vincula & captiuitatem, dono mittit;
Interea verò, dum vniuersa vicitoria fidem ac
consen-

co nsensum gentis ad pacem & quietem coget,
in Te atq; adeo crescentis CASIMIRI annis, pu-
blicæ securitatis , pignora reposita habet PO-
LONIA, neq; sterilia Regum aliorum fata me-
tuit, quæ tantum ante SIGISMUNDVM III. de-
plorauit. Quid enim illud sub AVGVSTO aliud
fuit, quod ex iterata toties matrimonij necef-
situdine, ter benè sperare cæperit , nisi vt ter
eluderetur ? Successit magnitudo Gallica, &
suffecisset fortasse, recenti hominum expecta-
tioni, si tam longè quæsitum Reipub. gaudiū,
tam inopinatò, cum Rege non aufugisset. Nec
de robore Vngarico dubitandum quicquam
fuisse, nisi post tanta Principum cognomina,
irritamq; Regum seriem, ad SIGISMUNDVM III.
numerus perfectissimus, hoc est, felicissimus,
se reseruasset. Et iam se debitus annorum or-
bis circumegerat, cum patuit, non vno tantum
dignum regno, qui externum meruerat. Enim
verò, optimo & fortissimo amislo Rege, sup-
plices ad Tridiu Xdecim MAXIME, manus retulit
Suecia dem a quamprimum exciperes gu-
bernacuria squanatem, quam patriæ debebas,
regno dares. ut uod vt lætiùs multò & cumu-
latiùs præstares, non honorum tantum & di-
gnitatis augmentam, verum etiam virtutum
-nclnos altius

altius culmen Patriæ intulisti. Cum enim illa,
summam antea in Principe comitatem nouis-
set, eandem nunc in Rege agnouit, sed quæ
tantò iam maior erat, quanto constantius post
tantam opum ac potetiæ accessionem, eadem
manserat. Nam quid de singulari tunc animi
facilitate, dicam? quæ adeo eminuit, ut ad ius
regni ita transpires, tanquam non succederes
hæres, sed venires adscitus, nec alterum atq; alterum solium conscendisse, sed expectare
primum videreris, nihilq; in tanto fortunæ &
regnorum fastigio aliud, quam moderationis
principatum tibi vendicare. Video, quanto lo-
rationis periculo, & Regiæ aliquomodo ma-
gnitudinis fraude, ad Tuarum laudum præ-
conium accesserim, quas non vnius regni am-
bitu, hæc terrarum & prouinciarum cohibet
angustia, sed ad populorum commoda & ne-
cessitatem, iteratus sœpè accessus, quam latif-
simè propagauit. Ut enim easdem aquas per-
petuo semper motu, per omnes orbis partes,
vniuersa Naturæ potest assidue villo-
ceani, aut
alterius maris de- tribuit;
ita per Regna, se en-
do, Iustitiæ, cæterarumq; virtutum, q; via v-
biq; partiris, vt omnibus tam æqualiter profis,
quam

quam imperas. Quemadmodum verò Sol,
cum nostræ indulget diei, eos, qui aduersis no-
bis insistunt vestigijs, non deserit, sed vicario
lunæ vel aliorum siderum lumine fouet ac il-
lustrat: sic nullus penè absentiæ Tuæ damnū
sentit, nisi quod Te potius vnuſquisq; quam
Tuos amat. Cæterum, licet vnam semper ali-
quam virtutem in Regibus Ciuium amor de-
prehendere soleat, quam propter præsentiam
eorum libenter appetant, nihilominus in Te,
nihil est tam separatum, vt hoc solum ametur,
nihil tam humile, quod & separatim amari non
possit, nihil tam commune, quod vnum, pu-
blicam omnium caritatem non mereatur. Atq;
vt primūm, ad ea humanæ vitæ præsidia simul
& ornamenta Tuæ, accedam, Pietatem, in-
quam & perpetuum sanæ doctrinæ tuendæ stu-
dium, illa ita Tua esse debuerunt, vt cum reli-
qui secum nascerentur, aut nascendi tempus
se entur, ijs & Parentum coniunctionem
pr trauerit, & nuptiarum difficultates, rara
qu am & insolita, diuinæ benevolentiae fe-
sti io, præmolliuerit. Hæc enim pientissi-
mata m longè Matrem operis. it; hæc magni-
se n matrimonio, am) & fiduciam, in gra-

Tuæq; (vrlta

in grauissima rerum difficultate, commoda-
uit; hæc vicinorum simul Principum sollicita-
tionem distraxit, ne in horrida aliqua saevitiæ
& tyrrannidis sede, tam delicatæ innocentia
flos, aut non nasci, aut non educari posset. An
nondum etiam, se fatalium causarum ordo ex-
plicuerat, ut rite Moscoviaæ, REGINAM Polo-
nia daret, quæ nisi à te Victore dari non debe-
bat? Eò itaq; originis tuæ sortem transtulit, v=bi
neq; libertatis inopia, successus tuos non a-
leres, neq; pertinaci errorum pesti succumbe-
res; temporum tamen iniurijs & aduersæ for-
tunæ minis, ita lux ætasq; prima obnoxia esset,
vt tantò latius clariusq; hanc è summo hono-
rum & potentia fastigio lucem iaceres. Quan-
quam autem, magna semper rerum iniquitas
anuis Tuis insidiabatur, eam tamen Ipse vim
Maternis excubijs, Tuisq; progressibus
addidisti, vt nihil ad innocentiam purius, nihil
ad pietatem ardentius, nihil ad Religio nem
sincerius effungi potuerit. ^{magis tener am}
illam ætatem Tuam admirari possum, cua m
vniuersam laudare Hercu^l is, quævis Virtu
& immortalitate, & suam ipsi tutam pr^u-
sille statuatur, quem mo^{ad} hec p^uij noctem,
toties ante quinquag^enum scelus deseruit,
quem

quem in ipso præstantissimi facinoris cum Ar-
gonautis penè ingressu, leuissima fraude abstra-
hi permisit, quem inter Lydias colus & fæmi-
neos soccos aut irrisit, aut non agnouit, quem
deniq; in supremo Oetæ simul ac furoris igne,
& insanum, & in cineres usq; mortalem fieri
passa est. Sed virtus hæc Tua, & fabulas dedi-
gnatur, & Tu fabulis laudari non debes, qui
veræ laudis & gloriæ initiū, non tardius, quam
vitæ fecisti. Amplissimus tantum iste primò
campus, atq; hoc regnorum & maiestatis the-
âtrum desiderabatur, ubi omnis se, non libere
solum, sed ex dignitate Virtus exhibere posset.
Nam domesticis ante ea parietibus & Regiâ ve-
luti inclusa, suo sanctum gaudebat secreto, ad
Deum defixa Pietas; nunc populorum & mun-
di conscientia fruitur, tantoq; plus cæli occu-
passe videtur, quia to amplius habet terrarum.
Et si v ero omnem aris penè laudem atq; inte-
gritatem æternum mentis Numen vendicat,
inflammatu[m] insensu[m] u[er]o minum, animosq;
et emulationem;
in celo quidem infi-
nitum nihilominus,
communicant
em emicat par-
tem,

tem, cum etiam ultra Oceanum, ubi solis cur
sui quietem, terminumq; dare libuit, laudum
radios propagauerit. Excitauit enim ibi ignes,
quibus resplenderet, repperit gemmas, quibus
luceret, inuenit aurum, quo fulgeret. Quæ
quidem peccus semper ornabunt eum, sed
ita, ut studia pariter, mentesq; vndequaq; o-
mnium ad sui amorem, cultumq; passim lacef-
sant. Eni m uero iampridem, post vastissima
mundi regnorumq; spacia, ad tantæ, tamq; e-
ximiæ in DEV M Religionis fulgorem, inteme-
rata Hispanæ potentiaz Pietas, impia esse no-
luit, quin sanctissimæ in posterum Societatis
pignus ad Te adferret; & AVRY suum, mutui
federis ac consanguinitatis mon-
umentum, mit-
teret; non illud tam vile, vt indigenæ fluuij spo-
lium esset, neq; tam periculis preciosum, vt
per scelus tantum rapi posset. Fuerit enim
Colchis olim dignum, & Ponto, & si quid ab
humanitate longius seposuerat barbaris, vi
consanguinei belli, vellus aliquod, Herc es ei-
set, quod post taurorum i-
es, Bellatricis gie-
bæ victori dandum fuist, nisi violentur Dra-
conis Martij somnus, & fraternum pare-
ndum, ultima peregrinæ augaciæ, fraus aut fa-
bula esse debuisset. Hoc nec obscuræ vñquam
fortunæ

fortunæ subiuit conuicia, & humiles neq; intra-
uit lares neq; ornauit mètes; quippè quod ma-
xima tantum orbis decora, Regumq; ac Prin-
cipum dignitates claritate sua atq; amplitudi-
ne haçtenus exornauit. Atq; hunc quidem glo-
riæ cursum matura iam pietas, statim fecit; sed
& mox digna fuit, quæ non minus haberet a-
pud posteros æternitatis, quam apud præsen-
tes splendoris; quamuis neq; illud Tu ambias,
tanquam dubitare, neq; hoc usurpes, ac si me-
reri, videaris. Templa tamen, ædesq; sacræ,
Regali magnificéta, sumptibusq; à Te erectæ
dotatæq;, tamdiu Tui erga diuinum cultum,
animi, studijq;, monimenta esse volent, quam-
diu saxa & marmora, duritia, firmitasq; sua non
deseret; imò verò, tantò securius cum vetusta-
te certabunt, quantò sublimius tectorum ac
turriū fastigij terras transcendunt, & quasi
relinquunt, cæloq; eriguntur, et iam proprius
aer tatis fruilitur vicinitate. Agnoscit tan-
cem ONIA, urisq; Religionis sanctimonii-
tis in auspicijs condidit BOLE-

AVS, I
MVNDE.

moles e-
xtrui, sed
resurgere, tenues o

LLO, vt augeres SIGIS-
VAS solum templorum
las instaurari, collapsas
ere: gaudet eum ho-
norem,

norem, qui rei sacræ debetur, non illibatum
tantum à Te conseruari, sed recentibus indies
ornamentis illustrari atq; amplificari: gaudet,
inquam, nulla aduersarum rerum magnitudo-
ne, hunc Tuum animum infringi, sed inoffenso
semper ascensu, caduca & mortalia hæc supe-
rare, cui tot tantaq; regnorum discrimina fese
submisile videt. Sic enim periculosa Theo-
dosij felicitas protecta est, cum cælestis imber
& coniuratus ventorum fauor, maximam ei ex
sæuissimis hostibus victoriā conflauit, vt non
immerito, æther in illius bella militasse dica-
tur, quæ humana ope confici non poterat: Sic
Constantino, & Maxentij terror succubuit, &
Roma seruata est, vt surgeret Religio, cum
impium Tyranni cadauer dignata terra, flu-
uij vindictæ posthumam scelerum penam man-
dauit. Itaq; non solùm Equestris ordo, & o-
mnis ea Senatus populiq; vis, cui arma, bellum,
resq; publica maxime incumbit, fortissimū
iuxta ac prudentissimum habet. Res
etiam altera illa potestas, qu
gionem tuetur, hunc
inuiolatæq; doctrinæ s
cipi, Tibi, inquam, de aben
profitetur. Cuius r traq; testimoniū, um,
si vni-

si vniuersa generis humani notitia, tanquam
ignoraret, petere posset, nihil profecto aut vo-
luntatum ardor ad animorum contentionem,
aut amor ad lætitiam publicam amplius adde-
re aut effingere posset, quod non ad gentium
omnium aures atq; gratulationem explendam
simul effunderet. Quod quidem benevolentie
amorisq; certamen, tota quoq; virtutum soci-
etas sequitur, quæ neq; dignitatem fingere, neq;
confensu fallere potest. Præcipue verò summi
imperij munimenta, Iustitia & Prudentia, iam
Reipub. clauum tenere gaudent: & illa, ma-
ximæ fortunæ decora, clementia & liberalitas,
beneficium se ab Imperij Tuis singulari bonitate
habere gratulantur, mansurum ac sempiternū,
quod benefacere inter beneficia numeretur.
Audies credo, libens, has factorum tuorum
comites, ac eō quidem libentiss, quò magis
agnoscet. Nam eorum, qui regna scelere ra-
pere runt, cum ea nisi scelere tueri non possint,
in supplicium esse debuit; vt satellitū

militum terrore, securitatem
midinis necessitudine,
antur. Tua latera atq;
rrimus virtutum tue-
Ciuium caritas, vbi
dum

co
se
mun
tur
atus, com.

dum gladium dextrâ præsert Iustitia, læuá
continuò stateram ostendit, nè vltra leges sæ-
uiant secures, aut infra temperamentum de-
primantur fasces. Atq; hæc illa est, quæ post-
quam è solio tecum, leuero, immotoq; super-
cilio ad tribunal transiuit, lætissima semper
redit, fronteq; explicatâ & in hilaritatem effuz-
sâ, gaudet se discussâ ambigui nebula, ius & æ-
quum pronunciasse. Porro, cùm multùm ali-
quando, de summa potētia, remittere soleas, in
curia tamen & iudicijs, legum maximè & Regū
iure tantaq; in iudicando libertate, quātā in im-
perando potestate vteris, nec alienis inimicitijs
aut gratiæ inuiolatam trutinæ regulam submittis,
vel auro quamæquitate, grauiorem fieri pate-
ris. Plebeia hæc vitia sunt, & infra eam for-
tuñam, quæ Reges facit. Quod innuisse, cre-
diderim, Thebanos, cum inter mutila iudicum
aliorum simulacra, solus princeps, inter mani-
bus, oculos tantummodo terræ defi-
primebatur, quasi ille unus ex-
tatem manu dedignaretur riqui-
endi opportunitas præ- ur, i pi-
nere non possent. Omittit andia al- bili-
rum portenta, quibus iudicia implent ele-
corum non minus effugisti facta quā anni,
disti nen

E

nomen. Quare, licet maximâ in potestate,
plurima liceant, nunquam tamen impunitatem
inter ea numerasti, quibus regnas : neq; quod
summa penes Te est imperij, rerumq; in regno
auctoritas, ideo vim & iniuriam offendæ vlli
permittis. Quid de immodico, dicam, terro-
re, quem reorum pænis, & iudicandi quidam
integritati se debere arbitrantur ! Ita enim
crudelissimum aliquando, atq; atrocissimum
tribunal Persia tulit, non mitratis regum vul-
tibus ad pulcritudinem, non heroum statuis
ad magnificentiam, non Deorum simulacris ad
maiestatem exornatum, sed ferali instruçum
cultu ad formidinem, vbi paterna pellis fune-
stam iustitiæ necessitatē filio injiebat. Hunc
terroris apparatum non minus à curia, quam
à Tuis mori^s, omniq; iudiciorum conspectu,
nè tuā se in anitatis species æquitati immi-
scat, auffers, iustitiamq; suo vultu
admir^{is} Cum itaq; tam placide Regem
agas, humanita iustitiæ partes
imp^{er} ulum esse est, nè inopum
quer^{is} tates, miserorū
injur^{as} actas ? Metiantur
fane^{re} sognit^{ur} sublimius, & de-
licat^{er} cia adulentur, quis
tuam

tuam aliquando aut facilitatem, aut propagata-
tam à maioribus bonitatem desiderauit, vt opem
non ferres innocentiae? Summus ille a-
strorum princeps, dux & moderator tempo-
rum Sol, à quo iusta dierum, noctiumq; dis-
crimina, hic immensus annorum ordo, omnisq;
ætatum series, accipiat necesse est, annuo tan-
tum spacio semel Libram intrat; mox hanc
cæli & altitudinis æquabilitatem, quam duo-
decim mensium spacio quæsiusle videtur, tam
citò effugit, vt ne cogitatione quidem moram
deprehendere possimus, tanquam aliud non
appetierit, quam vt transiret. Hunc discordē
rerum cursum, infelices solùm R espublicę no-
uerunt, in quibus errabundo animi flexu, prin-
cipibus licet eum ambire locum, vnde iura
populis reddenda sunt; quem tamen vbi ade-
pti sunt, iustitiæ curas, tam aperte in eo admi-
nistrando deserunt, quām occultè antea in ac-
quirendo oderant. Sed hic, T v, ijs nationum
studijs, eo gentium consensu, eo ciuitatim amore
regnum accepisti: vt Tv quidem cœlestia
Ordinum dubitare non possis; vñq; etiā
se iure id fecisse credant, cum ta tam legibus
& æquitati solicitudinem atq; laborem reddas,
ac si hic gratitudinem impliere ve- vi earis.

Si

E ij tate Quam

Quam felicitatem, quis in cognomine latuisse
crederet, nisi Tu arcana Naturæ, factis prode-
res, & in lucem proferres? Ad eorum enim
Polonię Regum seriem, quos raro nominis ho-
nore SIGISMUNDI appellatio condecorauit,
TERTIVS accessisti, quem numerum Iustitiæ
esse, meritò dixerat ij, qui reconditarum olim
rerum, atq; scientiarum inuolucra, maxime
omnium, & sapienter detexere, & ad humanum
vsum salubriter conuertere, ; vt nè Iusti præ-
terea cognomen desideres, quod iam secum
dedit Polonia: quāuis, & Te non vna cognomi-
nare potest Virtus, quem possederunt omnes.
Quarum si ego aut ordinem, aut serua-
re dignitatem ve- id aliud orationis ege-
state assequar, c vel indissolubilem ea-
rum coniunctio- cindam, cum primam,
cum postrema n? vel immensam ex-
tenuem copia faciam numerum? In
tanta tamen a- e, neq; illam quispiam
prætermis- attirgere nor- quām nisi admiratione
attirgere nor- quæ celerius
hæc ô REGES in magis Tuam,
maxima est, v s r situr. VESTRA
dis Reipu F eus atq; fortuna
elius semper re- gnasse

gnasse dicamini, quam oratores dixisse, cùm
laudauerint. Eæ nihilominus virtutes, quæ
plùs in commendatione hominum versantur,
magisq; in salute vniuersorum consumuntur,
quis sine fraude publica præterire possit? Quid
enim Respub, audiùs memoria celebret, aut
auribus, animo; suauius accipiat, quām sin-
gularem Regis sui prudentiam, à qua, simul
cum perenni curarum ac laborum contentio-
ne, viginti quatuor annorum felicitatem, glori-
amq; est consecuta? Ingens spacium, si ad Re-
gum annos, fataq; comparetur! Sed hic tantò
citiùs quantò fortunatiùs transiuit; vt solet re-
rum iucundarū breuior videri mora. Si tamen
omnia ea bona, quæ hoc interuallo accepit,
cogitatione secū reuoluat, multas Principum
ætates existimabit. Atq;, (vt de his duobus
paulisper taceam annis, qui iam plurimum secu-
lorum prospera, secundaq;, tam penè insperata
atq; incredibili rerum omnium, for tunarum,
nationum ac potentiaz accessione i. verant,)
quid haec enus pace aut bello, dom risue,
non dico geri, sed desid ari potuit
summo cum semper c lio provideret, s alii
pientia administraueris. Adorem India g Vt,
ad cuius constitutionem conspirasse vnitaria
eriguntur

naturæ solertia videtur. Nam & in alimenta
fæcundat, & in vestes explicat, & in arma
diuidit, tectorum denique ac nauium in vsum di-
latat, & ad omnem humanæ vitæ non necessaria-
tem solùm, sed etiam delectationem sufficit.
Non minùs se diffudit, & plus verò præsttit in
hac terrarum ac populorum amplitudine, vi-
gilantiæ Tervera atque industria opulètia, qua Regem
præstas, quaque saluti omnium accurate
fortiterque prospicis, cum tantam in animum
Tuum, regnorum curam admiseris, vt Te fata
eorum, cogitatione, humerisque suscepisse, mu-
neraque imperij tam benè impleuisse omnia, quā
gesisse scimus, meritò iudicent omnes. Fe-
runt illi, collurios, terrasque ingenio & litera-
rum modis esti complexi, ignotas etiam gen-
tes, regredereque ibes alio in orbe ostendunt,
nullam autemque in, sine sole conspicidiem, tan-
tamque b*ea*t*u*s, h*ab*u*is* qui uius securitatem esse & con-
stantiam, ut in tempesta aut nubium mo-
les, vel c*on*spic*u*porum & mutatio, amici sive
ris, & g*ra*u*is* i*nt*er*sp*ec*u*is afferat. Ita qui-
RECOLSo, *ad* *l*
tia. *l*
maxi. *l*
S. *l*
R. *l*
o*l*
ia *l*
hoc *l*
Tuâ pruden-
tam interim sine luce
ero, sicut celeberrima
semper,

semper, altissimâq; in gloriâ, Tecum existit,
ita nunquam apud posteros obscura est futura;
liberèq; gloriari potest, se non vnum tantum
habuisse stabilem hucusq; Solem, sed nunc è
rigenti & glaciata magis plaga, recentem, & cla-
riſſimum accepisse. In alijs itaq; rebus, cum
ſumma amplius non optet, ſed poſſideat, in
hoc vnum vota iam ſua omnia conſert, vt ple-
na fortunarum & gloriæ, publicæ, priuatæq;
Tuas in posterum curas, quām lœta, tam gra-
ta videat. Nam cum in beneficia Tua inquirit,
aut felicitatem ſuam conuenit, mirabili quadā
rerum diſſimilitudine, tanto magis gratitudi-
ne, ſe à ſummo diſtare putat, quanto altius la-
boribus Tuis ſe euēſtam ſentit; poſtquam iſfi-
us & gloriā auxiſti armatus, & ſalutem con-
ſeruati togatus. Ac me quidem dulce togæ
nomen adhuc apud ſe retinet, vt tanto mox illu-
ſtriūs & sagum & bellum & vicitoria & triум-
phus veniat, cum ſuas partes pa- alpleuerit.
In quā, tametf iuſtē ſanctēs ac inter imperatur,
tamen nulla in p[ro]pt[er]is
innocens, aut effera ſc aut i p[ro]pt[er]a ciem.
contemtu proſligat erdita, quā nō on ali-
quando ad Principis bonitate nō appelleſt. Vn-
de faciūm eſt, vt publicis Regum bonis C. 27.
merit

mentia ascriberetur. Sentis, REX CLEM.^{me},
Tuum decus nominari, quo nescio, an ullum,
Tuum magis fuerit. Mitto ciuium, atq; regni
vniuersi admirationem: externorum iam Re-
gum, qui hac se virtute Regnis suis satis fecisse
credebant, commouisti stuporem. Nam si Re-
gia tantum & vslitata tua fuisset, non in peregrin-
nas & PLVSQVAM HVMANAS de Te prorupi-
sent laudes. Neq; enim magnoperè quisquam
C. Cæsar is factū suspiciat, quo eos, quos pu-
blicas aduersum se inimicitias atq; arma sum-
sisse & in acie stetisse viderat, vitæ condonauit
& dignitati pristinæ restituit, cum ciuilis & ne-
farij magis belli dedecus ac tyrannidis metum,
lenitate & pac redimere cogeretur, quam recte
facti clementiam tueri posset. Apud Te, hoc
beneficium, tam innocens est, quam voluntar-
ium & non coactum, fruerisq; magnæ huius
laudis non amplitudine solùm, verum etiam in-
tegritatem imuerò, cum alij se vltione & san-
guine libus & per duellibus expleant,
Tu xar xistimasti itæ, salutisq; ijs gratia-
re & si per Petisset, innocentiam.
Q & inaudit Clementiæ laudem, cu-
jus ex d' cate censuit & illustravit,
qui

qui hac SOLA DEOS NOBIS, & QUARTI cecinit!
Aliæ quippe virtutes, inter seueros securium
apparatus, Regumq; tribunalia, crebra habu-
ere exempla, hæc vna, supra mortalium con-
suetudinem euecta, diuinæ bonitatis similitu-
dine est potita, vt non tam olim terras A-
stræa reliquisse, quam hæc cælum occupasse
videatur. Quam cum inde ad humanum vsum
reuocaueris, facile ipsa præsttit, vt consilio-
rum apud Te, & factorum constituta modera-
trix & antistita, terrorem repente à fascibus
Tuis, tām longè amouerit, quā Tv è regno fla-
gitia. Quod si verò hæc fluxarum & caducarū
rerum imbecillitas, aut temporum calamitas,
eò forte deiecta fuit, vt enorme aliquod scelus,
iudicium sententiamq; Tuam postularet, pæ-
nam quidem ita legibus permisisti, vt eas immi-
nutas nolles, seueritati tamen eatenus inter-
cessisti, vt quilibet animaduerteret, delictum,
non hominem, Te punire voluisse. Aduersus
Tuam verd dignitatem, aut salutem, si quis
fraudem aut impium aliquod fatinus ausus fu-
it, TIBI ipsi quantum licuit, suppliciorum re-
seruasti potestatem omnem, vt totam haberes
Clementiæ. Vidiimus enim eos, qui immani
flagitio, fidem & arm, à latere Tuo ad publi-

F

cum

cum hostem transtulerant, eaqe per summum
nefas in Te verterant, postea vtrice bellorum
fortuna deprehensos, Tueris redditos vindicas, nihil de pœnarum grauitate metuisse, de
vita tantum dubitasle, quam tamen Tui neqe
mores, neqe ira, dubiam fecit, sed, iniolata le-
gum maiestas, postquam seueritatem quidem
tibi remisisset, debitam sibi iustitiæ libertatem
retinuit. De quo, quid minus dixerim, quam,
si ex suppliciorum raritate, temporum mode-
rationem æstimemus, sub TE, non minus pœ-
narum, quam scelerum iustitium fuisse? Fue-
rit sanè quoddam antea Saturni seculum, quod
ipse AVREVM appellârit, quistandem rudem
eius ætatis, earûqe gentium innocentiam, non
ignorantiâ potius vitiorum iuxta & virtutum,
quâm consilio & prudentiâ imperantis extitif-
fe, videat. Tam arduam, ad quarumuis æta-
tum æmulationem, gloriam hanc effecisti, vt
nê vetustas quidem AVRO suo, non dico, vince-
re, sed in comparationem venire possit. Quid
verò placidis postea (vt volebant) imperij tē-
poribus Augustus ille, qui bellis Reipub. com-
positis, pacem orbi terrarum dedisse visus est,
cùm supremâ antiquitatis cærimoniâ Ianum
clausisset, an paci suæ, & Clementiæ opinioni
fatis-

satisfacere potuit, quin eam fædissimè ciuili
& domeſtico ſanguine macularet, & inter for-
tiſſimorum hominum, atq; virorum principum
damnationes, exilia, cædes, crudelitate mi-
ſceret? Nusquam humanæ perturbatio-
nes, vehementiores ſunt, maximeq; vindicta,
quām vbi licet vindicare. Sed audiuisti, ab edi-
to montium vertice, horrendo & immiti fra-
gore cadere fluuios, qui poſtea in humiles de-
lapſi terras, iusto ſtringunt ſe alueo, & placide
camporum planiciem, ripasq; ſubeunt: ſic
ampliſſimum hoc regni fastigium, Tibi aliud
nihil dare voluisti, quām vt mitior, leniorq;
in ſubiectos populorū animos, factaq; deſcen-
deres. Quod multis gentibus, tam nouum
tamq; ignotum aut difficile fuit, vt Vrbs ipſa,
quæ ſuā ſe potentia, ſecuritatem ſibi ſtruxiſſe
credebat, Cinnanos pati furores, & Syllanas
ſubire proſcriptiones, & in cognatas diuidi aci-
es cogeretur, vt poſtmodum cruenta Tiberij
ſenecta attereretur, vni Caligulae iſtui, tan-
quam viſtima destinaretur, muliebri Claudij
ſæuitiæ proſtitueretur, incæſtis deniq; Neronis
parricidijs laceraretur, & perpetua quadam
ante Vespasianos tyrannide diuexaretur. Sed
nusquam mihi ſanciūs Tyrannorum mentio,

quām hīc inter Clementiæ sacra, vitanda erat,
nē præstantissimam OPTIMI REGIS, aut adiu-
uare laudem , aut violare virtutem censeatur.
Et hac in Repub. & his gentibus, nihil magis,
quām crudelitas Principum ignoratur, quam,
sicut aliàs sub malis Regibus , inuicta liber-
tas admittere noluit, ita sub TE, PLACID.^{mc}
REX, interrita securitas, non potuit vereri. O
parcam tamen, an incorruptam ? sui æstima-
tricem, hanc nostram ætatem, quæ nullo pene
gloriæ ambitu, tanto verò modestiæ (vt ita di-
cam) rigore agit, vt velle potius virtutes suas
excolere, quām ostentare videatur ! Olim in-
ter læta Reuertentis fortunæ initia, vix breuis-
simi temporis quiete degustatâ, ante circum-
spectam Neruæ moderationem, ante consum-
matam Traiani bonitatem, post consumpta
Augustorum, Patrumqe Patriæ cognomenta,
inuenit GENVS HUMANVM, quem DELICIAS
suas appellaret. At quantò grauius est, raram,
sinceramqe optimorum Regum ècipere lau-
dem, vt continues, neqe ad deterrimorum com-
parationem dici optimus, aut aliena vitia in tu-
am trahere claritatem, sed absqe peregrinæ a-
dulationis lenocinio, magna & præclara alio-
rum in bene gerendâ Repub. certamina, vir-
tute

tute maiore superare? Quare si iam Polonia,
gratitudinem suam, extenorū monimento-
rum magnificētia testari velit, qua tandem sta-
tuarum aut Pyramidum altitudine, Tuis grati-
ficari honoribus possit, vt Te non minorem,
intuentium oculi, animiq; & posteritas aspiciat,
quām p̄sentes habent? Quō generosius mi-
hi de Alexandro sensisse videtur Stasicrates,
qui hastatas eius statuas, per vrbes forte con-
spicatus, grauiter earum indignatus humilitati,
tanquam maximarum nationum domitorem
extenuarēt, ipse in illius formam atq; effigiem,
montem Atho edomare voluit, & immēlo artis
prodigio, æternum Thraciæ Regem dare,
qui dextrā fluum profunderet, sinistrā vrbem
gestaret, pedibus maria calçaret. An potuisset
hæc fortassis respuere ille, qui diuinis, huma-
nisq; pariter vim honoribus intulerat, nè homo
eslet, nisi diffisus arti, immane conatum ludic-
rium antē metuisset? Illud regium magis, &
summo cùm imperio, tūm animo dignius, pla-
cidè intrare in mentes, ac benevolentiam ho-
minum, non alienis artibus, neq; suis vitijs cor-
rumpi in fastum, neq; tūm primum finem cupi-
ditati facere, cum assequi non possis. Nam si
præstaret, vel in auro fulgere, aut micare ar-
gento,

gento, vel nitere mārmore, aut pallere ebore,
quæ terrarum inuidia tam profundè metalli
precium occultaret ? quæ tanta rupium diffi-
cultas, saxa deprimeret ? quæ deniq; alterius
orbis longinquitas, aut belluarum terror, den-
tis raritatem defenderet, vt non ad Tua paſſim
facta, meritaq; posteritati consignanda, ſeſe
mortalium omnium gratitudo armaret ? Sed
tibi pulcerrima & duratura monimenta, cari-
tas ſtudiaq; Ciuium erunt, qui & ipli Te ama-
bunt, dum fruentur, & posteri, cum laude, be-
neuoliscq; recordationibus gloriam, famāq; no-
minis Tui proleuantur. Tantus enim eſt, non
vniuersæ tantū Reipub, verum etiam ſingu-
lorum in Te hominum amor, vt cum multa v-
nusquisq; reperiat, quo ſumma potestate Re-
gem ſentiat, plurimum etiam habeat, quo, be-
neſicio Patrem agnoſcat. Prodidere rerum
Romanarum auctores, non ſine dolore dixiſſe
aliquando Imp. ^{em} Titum, eum ſe perdiſſe diē,
quo non apud ciuium aliquem, nouum nomen
bene merendo feciſſet. Nondum, quid dixeris
plurimum refert, apud quem inter perpetua &
indeſeffa virtutum opera, nihil poenitentia aut
dolor, ſed totum conſcientiæ lātitia, incor-
rupta factorum teſtiſ, occupauit. Sic fasces &
ſolium

solium & diadema, ac reliqua potentiae insignia
accepisti, ut non honoribus data, sed commo-
dis Reipub. redditia velis: sic diem semper,
post expensa curarum momenta dimittis, ut
non ante lux munus conficiat suum, quam Tu
numerum Tuum, & regalis munificentiae offi-
cia expleas. Quod quidem, non in optimis
tantum Principibus, verum cælestibus etiam
corporibus, quæ ad humanam necessitatem
nobilius extulit Natura, saepe desideramus, cu
eorum nobis usum, exigua interdum intempe-
ries, aut nubecula auferat. Maria quoq; qui-
bus eandem aquarum & abundantiam & legem,
magnitudo seruare debuit, mutato frequenter
fluctuum accessu & decessu, littora sua, aut de-
serunt aut obruunt. De Te vero, quis formi-
davit vñquam, ut, cum omnibus beneficia tri-
buas, discordi morum malo, auaritiam saeuire,
aut alienam egestatem, Tua, Reipublicæue,
spolia fieri, permittas? Nihil hic tam obscu-
rum est, ut aliquid ad illustrandum n supersit,
nihil tam ambiguum, ut necesse sit inquire. Na
cæteri magnorum malorum metus, tam pro-
cul à Te arcentur, quam propè vindicta ostendit
ur. Postquam ergo in Tua felicitate posui-
sti, alios felices reddere, merito etiam hac to-

gatæ virtutis gloriæ assecutus es, vt linguam
mentesq; hominum ad sinceram & incorruptā
de Te bonitatis fidem facile trāstuleris. Quo-
ties enim integritatem & abstinentiam dome-
stica laude securas, in publicum effers, ita eas
in illâ, quam regna offerunt, licentia, rerumq;
abundantiâ, famæ, communiq; saluti impen-
dis, vt in hoc perpetuo, quem de malorum
principum fastu agis, triumpho, non captiuus
gentium fauor, emptaq; plebis adulatio, non
vrbum & prouinciarum querelæ, sed faustæ
magis senatus & nobilitatis atq; populi accla-
mationes, & benè constitutæ Reipub. quies,
Te in Regiam & consciæ magnitudinis secre-
tum, reducant. Quæ porro ibi morum mai-
estas? quæ vitæ decora? quam veneranda exē-
plorum dignitas? Ipsa profecto coniugij pa-
ctio, VIRTVTIS societatem testatur, quæ casta
secum penetralia & thalamum consecravit, vbi
loca, vbi tempora, vbi munera omnia Pietas
occupat; vñndiq; occurrit sanctimonia & pu-
dicitia, & in consiliorum omnium factorumq;
& promissorum fæderibus Fides, Integritas,
nihilq; Constantiâ minus. Et si verò hæc cura-
rum Tuarum adita, & veluti interioris Regni
sacraria, quadam sine veneratione adire nolu-
imus,

imus, cum iam ante, cognatarum virtutum ho-
noribus ad ea vsl simus, quis tamen verborum
apparatus tam purus, aut dictionis ornatus
tam castus, tam sine fuso, sine colorum pigmē-
tis (quæ alij in oratione immeritò sectentur)
reperiatur, qui temperantiæ, qui castimoniæ,
qui pulcerimæ in actionibus maximis Con-
stantiæ iudicium, dignitatemq; non reuereatur?
Evidem mollem eorum principum metum
non moror, qui in arcana factorum suorum in-
quiri vetant, non secus ac si frustra supra alios
mortaliū se euectos credant, si ijsdem hone-
sti limitibus, quasi angustijs circumscribantur.
Tua, vt in alto potestas, ita spectari gaudet la-
tiūs, iacitq; longius virtutis necessitatem. A-
pud Arabes solenne fuerat, post vestium, mo-
rumq; & gestuum conformatiōnem, vt eò accu-
ratiūs omnem Regib; præstarent similitudi-
nem, ad corporis quoq; iniuriam se mutilare,
si illos aut natura, aut casus, mutilos fecisset.
Non dubito in ordinata Repub; plus virium
habere virtutem, quam apud barbaros vitio-
rum aut periculorum ar- n; Nam & Tu
hanc ambitionem obasti, vt in ma-
gna rerum humanaru ntia, æmulati-
onem & fastum bonorum ex- es, non ad ea,
quæ

G

quæ magnitudinis specie, vulgo illudunt, sed
vitæ castæ, sobriæq; modestiam, vt quisq; à Te
in simili virtute amari contendat: quid enim
à Te amari aliud potest? Maximum siquidem
innocentiae testem quilibet habet, amicitiae
Tuæ honoré, tantq; securius se probat quisq;
quò à Te probatur magis, à quo odium nullum
est, nisi vitiorum. Tenebras verò suas atq; e-
xilium benevolentiae Tuæ, nemo nisi sibi ipsi
imputat, cum magnus ille Tuus & excelsus a-
nimus, semper mole sua se teneat, nullisq; un-
quam opinionum lenocinijs à debita iudicij in-
tegritate abripiatur; quippe, qui errare nescit,
dum flecti non potest. Ac nescio, an non iniur-
ia regiæ magnitudinis fuerit, in hac vitæ fa-
ctorumq; Tuorum luce referre, quām tempus
omne, ac vniuersi imperij tui spacia, quæ iam
lustrorum multitudine numeramus, aut illa
maximorum consiliorum & curarum pondera,
nullâ cum, neq; dignitatis Tuæ notâ, neq; alienæ
incolumentis periculo, ad quietem & hil-
laritatem transmissa fuerint, cum primū hęc
ætas admirari a bit cæperit, inter la-
xamenta laboi us quondam licuisse
animorum sec diri, aut libertatis in-
sidiias dispon , cruentas deniq; cædium vo-
luptates,

Iuptates, & innoxia propinquorum funera, con-
uiuijs immiscere. Nam inde infelix illa malo-
rum uicissitudo exorta s̄ep̄ fuit, vt à Regibus
flagitorum securitatem populus disceret, quā
mox alternā quadam vitiorum commutatione
in auōores conuerteret; aut si postea inno-
centiam in Regia repperisset, eam tanquam
non in suo loco deprehensam, c̄ēde & sanguine
inde exturbaret. Quid enim Phraate pri-
mum apud Parthos, qui eum à Tiberio petie-
rant, carius, Romanos maximē ob mores?
Atqui, postquam ad luxum idem & conuiua,
quæ ipsi inter Regia bona, pari leuitate ama-
bant, prolaplus suis fortasse, populiq; vitijs im-
par decessisset, tanquam consuetudinem & li-
centiam voluptatum reliquisset, eandem in
succesore repetentes, Tiridatē non alio no-
mine infensiū odere, quam Italicā ob mode-
rationem, peritum virtute, qua placere de-
buerat. Cauisti tunc ab ea mutui periculi for-
midine, cum, nōdum Rex, virtutes omnes Re-
gno pollicebaris. Nam seruaturum Te, nequa-
quam dubitare potuit Respubl. cum ipsam ser-
uasles. Atq; hanc totius regi securitatem,
priuata singulorum beneficia excipiunt. Inter
quæ vultu, gestuue, annui à TE precibus, vel

G 5

meritis

meritis præmia sua promitti, tam securum est,
quàm dari, cum morà & expectatione fidem
prorogare, fallendi initium ac indignum Re-
ge, indignum Tuo beneficio, iudices, quod ce-
leritatis gratiâ commendari, quàm ad secundas
reijci preces, mauis. Nunc vocem, nutumq;
munera Tua sequuntur, & nullo metu nostro,
nullà suà tarditate ad ambiguitatem corrumpuntur.
Tanta veniunt, quanta expetuntur,
nec seriùs, quàm expectantur. Nam quæ vis
tanta aut magnitudo vnquam negotiorum fu-
it? quæ tam vehemens curarum moles? quæ
in summo imperio rerum difficultas, ita obli-
uioni insidiari potuit, vt semel promissa, exci-
derint? Benefaciendi enim voluntatem ani-
mumq; nè mutares, suo robore præstítit con-
stantia, cui natura sua, atq; amplitudo tribuit,
vt humanis omnibus actionibus, rebusq; sem-
per difficillimis, vltimum decus daret, lætarum
iuxta rerum, & aduersarum comes ac modera-
trix. Et tibi nulla penè tanti constitit, neq; ali-
qua est, quam minus debeas fortunæ, in qua
sæpe tam ambiguâ, tamq; aliquando infensa &
hostili, plurimus illi sudor. Transeo nunc æ-
tatem illam, quæ cum plerumq; in alijs, parum
circumspæcta aduersus infidias, & contra vim
imbe-

imbecilla esse soleat, in Te tam prouida, tamq; va-
lida fuit, vt neq; teneritudini fortitudo, neq; vires
constantiae defuerint. Ad illud annorū pariter &
gloriæ culmen venio, quod Tibi simul cū regno,
labores & pericula & tumultus bellicos dedit. In
qua tamen temporum & recentium curarum ini-
quitate, tam repētinā, tamq; insperata, nunquam
periculū Tuum tam infracto animo odisti, vt id,
non ijs potius rebus atq; consilijs occupares, quæ
ad vincendū sufficerent, tanquam hanc primam
virtutem regno deberes, vt simul inciperes velle,
& imperare, & bellum pati, & vincere. Secutū est
tempus, cūm potentissimorum hostium inimicitias,
& nusquam irritas alioqui malorum minas, &
prouinciarum tuarum damna ac depopulationes,
cædes q; & strages ciuium audires, nec ideo, suo
exultans impetu, aut præceps dolore ira, pruden-
tiæ officia prepediuit, quin fortissimè iniurias re-
gni, & repente vindicares, & in posterū propulsares.
Concussere deinde domum Tuam, acerba
primū liberorum funera, quorū Regibus sem-
per, quām priuatis penatibus grauior est iactura;
deinde Coniugis sanctissimæ, quam dulcissimum
vitæ, curarūq; solatium, humana societas dederat;
demum Parentis fortissimi, à quo non voluptatē
tantū, sed munimentū etiam, gloriamq; ad Tuam
quotidie accedere felicitatem existimasti, cum in

tanto, tamque publico gentiū luctu, quid aliud dedisti redeūtis toties cladis acerbitati, quām quod debebat Naturæ pietas, & animi magnitudo saluà integratatis suæ laude, remittere poterat dolori. Immane verò illud & iamdiu mitioribus seculis, inter regnorum scelera, inauditum facinus, Tuum magis animū, vt superaretur, quām alicuius orationem, vt narretur, parem habuit, cum, nimirū dolus & insidiæ fraterno protecte nomine, & non hic formidata ambitio, tam arcâ sanguinis coniunctione, fideique ac iurisurandi religione abiecit calcatâque, auti Tui Regni iura fraudulenter inuaserunt. Totum enim hoc, quantumcunque est, quo certè nihil aut maius aut grauius aut sceleterius patrari potuit, ea vi excepisti, vt ius fasque, mole fatalium malorum concussa prius trepidauerint, quām tanta rerum indignitate apud Te inuictæ mentis decus labefactaretur. Ac cum hæc summa, maximaque mortalis fastigij ludibria esse possint, nunquam tamen inimica gloriari potuit Fortuna, animum interea Tuum, inter humiles & perculsæ mētis signa, aut degeneres à se deprehensum curas. Licet verò iterum, vires eadē omnes, ad atrocia consilia verterit, & vario ac diuerso periculorum terrore nouos concitarit mortus, nihilominus ita præsidia omnia, armaque ex æquo & bono opponebas, vt regni ciuiumque saluti,

Tuam

Tuam posthaberes; tumultus autem eos, inter
aduersa non diutiū numerares, quādum Re-
pub. nauim, ab imminente tempestate eriperes,
portuq; suo restitueres. In quo iam consilijs Tuis
veluti sacrâ firmata anchorâ, fluctus amplius &
tēpestates nescit, sed victorias suas & triumphos,
vt victricium mos est classium, lætitiâ publicâ
beatoq; ac quieto ocio coronat. Quò libentiū
ego nunc orationē ad Virtutem eam deferri pa-
tiar, qua inuictam hactenus contra hostes Rem-
pub. æternumq; ipsius in bellis decus, integrum
inuolatumq; præstitisti. Quamobrem si non Ca-
sum Fortunamue, sed vim aliquam diuinam, Nu-
menq; cælestē, æterna parendi lege, imperia se-
quuntur, neq; finem semper, exitumq; rerum in
iudicando expectare est neesse, verum etiam à
primis sæpe initijs, auspicia & veluti indolē futu-
rorum accipere licet, cui amplius dubiū esse po-
test, primam illam victoriam, qua ad regnum so-
liumq; ferebaris, magnam in posterum victoriarū
necessitudinem, imperio, bellisq; Tuis attulisse.
Sed illius quidem victoriæ celebritatem à
solio suo non seiunximus, vt tanta appareret, quā-
ta Regem facere potuit. Postea enim non aliter,
quādum si cum regno, fidem ab ea securitatis acce-
piles, pulcherrimo gloriæ transitu, Asie Thraci-
æq; fædfragis, terrorem suum reddidisti, postquā
rerum

rerum alibi secundarum insolētiā inflatus Turca,
indignissimas Poloniæ minas & plusquam bellū
transmissole visus est, cùm nullā pacti aut dominij
specie, iura sibi rerū hominumue in Polonia ven-
dicante, tributum imperaslet. Nam si graue olim
& intolerandum fuit, Romanis pastorali adhuc
populo, à Latinis primum, ac postmodum rebus
maxime afflictis à Campanis, Consulatus & fasci-
um diuisionem ac communionem peti; quid no-
bilissima hæc & florentissima Respub. minus ad-
mittere potuit, quam fæda adeo & infanda bar-
baræ seruitutis mala, tanquam victæ, imponi?
Nunquam certè magis fata ostendere potuerunt,
dignum hunc populum libertate sua, qui nullo
degeneri metu, publicam redemit quietem; di-
gnum Te ipso, FORTISSIME REX, qui ab externi
seruitij, ut contactu semper corpora, sic à terrore
statim, famaq; aures animosq; ciuium vindicasti.
Continuo enim arma omnium per vniuersum re-
gnum ita commouisti, ut eorum fragore & strepi-
tu Byzatinus ille tyrannus ad Bosphorum suum
consternatus, & haud paulò minus, quam victus,
eodem silentio fastum pariter & contemptum po-
tentiaz suaz damnauerit. O immanem & parem
insaniæ pudorem, cum infamiam hanc dedecusq;
maximum vniuersi nominis, imperijq; Turcici, a-
deo absorbere coactus est, ut non auderet vindi-
care

care Turca! ô generosos libertatis animos, non
dico, nullius periculi magnitudine moueri, vt ti-
merent, sed adire omne, vt vincerent. Nondum
calorem iramq; belli inter fulgentes aquilas pu-
gnæ ardor & animosus prælij terror, aut pulcra
sanguinis voluptas Polono elicuerat, & iam tan-
tus erat, vt potentissimū humani generis hostem
frangeret. Quæ maior vnquam aut præstantior,
non haberi, sed excogitari potest Victoria, siue o-
pes & amplitudinem, regnq; & populos, succe-
flus deniq; & victorias hostis libeat intueri? Enim
uerò, licet neq; signa cecinerint, neq; aduersæ le-
giones constiterint, neq; barbaro cruore campi
vndauerint, dubitari tamen non potest, eum vi-
ctum esse, quem tunc debellasti, cum ipse desijt
minari, tunc fugasti, cum nusquā venit; tunc tri-
umphasti, cum de bello desperauit, quod leuissi-
mum eorum censebat malorum, quæ cōminatus
fuerat. Nimiùm, prò dolor, aliàs testatum apud
animos memoriamq; tot iam ætatū reliquit, qui-
bus mundi cladibus ipsius ambitioni atq; crudeli-
tati sit litatum. Tibi ergè tunc INVICTISSIME REX
illud penè primum, rerum in recenti imperio ge-
rendarum decus obtigit, vt solo armorum edicto,
cū in sedibus suis expugnares, adeoq; concideres,
vt non solùm superbissimos conatus, insigni qui-
dem cum ignominia abiecerit, sed assiduis adhuc
legati-

legationibus, inducias, & si quid his amicius, reno-
uare apud Te laboret.

Potuisset iam nullus posthac timeri hostis, nisi
neminem post Turcam vinci puduisse. Quam-
obrem, cum ita sita esset Valachia, ut terræ vber-
tate opibusq;, aut aliâ quauis rerum difficultate
vicinorū inimicitias bellacq; in se conuerterit, fa-
cile eò adducta est, vt proprijs diffusa viribus, Re-
gum Polonorum clientelam & præsidium implo-
raret. Quibus cum iamdiu pacem ac quietem do-
mesticam, (quādiu pacts stabat,) firmasset, remq;
& fortunas abundè auxiliet sœpè, hostem ipsi re-
pente hæc nostra ætas dedit, cui præter insitam
imperandi libidinem, propriaq; belli vim, auda-
ciam opesq; ac potentiam alij circumdabant. Et
patuisset dubio procul exitio, vniuersa mox pro-
uincia, nisi Tuā opem, fidemq; MAXIME REX in-
uocasset. Quid ego hic autem primùm admirerē
singularemne promptitudinem in auxilio ferendo?
an celeritatem in bello suscipiendo? vel felicita-
tem in conficiendo? cum nec promptius iuuari o-
ptarint cliëtes, nec celerius perire potuerint ho-
stes, nec felicius vincere Tui voluerint. Non flu-
ebat tunc Danubius, magis terris suis rapidus,
quam Tuæ gloriæ largus. Nam vt maria o-
mnia littoraq; fortunatissimæ pugnæ spolijs, &
victoriæ fragore austior multò impleret, iam
inde

inde pene se in septem diuidebat ostia. Sed non dum hosti, ad cladis magnitudinem, non dum ad laudem Tibi factū erat satis, nisi æterna ille ignorminiæ, Tu victoriæ monimēta haberes. Quamvis enim lœtissimo ac iucundissimo oculos omniū spectaculo impleuisset triumphus, tamen breuis usura tantæ prosperitatis fuisset, si eam quotidie Polonia non intueretur. Captiua itaq; & nunc humiliter trepidantia signa, tanquā fortunam suam confessa, augustissimo Cracouiensi in templo suffixa, simul & Dei immortalis beneficio, & Tuæ memoriæ consecrabuntur. Præclara quidem est omnis de hostibus, iusta & sine clade parta victoria, sed ea illustrior semper fuit, quæ domesticam egressa charitatem, pro socijs laborauit. Quippe, ubi non minori periculo, bellū gerit is, qui procul domo, spem auxiliorū vltro sibi præscindit, quam gloriā, cum tantum ad vincendum ire videatur.

Possem vereri, nē in posterum, in numero victoriarū eas dedignereris, quas de sceleratissimis latronibus, aut publicis potius nationū atq; populorum prædonibus, Tartaris, inquam, magnas & frequētes habuisti, nisi gentes immanitate barbaras domuisse, multitudine innumerabiles superasse, celeritate perniciissimas in paludes & sylvas suas ac domesticos errores redigisse, hominū deniq; & animantiū ac rerum omnium strage, & rapinis inquinatissimas, vltioni & vindictæ macias-

se, tam esset ad nominis æternitatem illustre, quā ad ciuium & regnorū incolumentem salutare. Et nūc īj quos victorię cædesq; satietas aliquādo sibi relinquit, passim dispersi, & pænē lux superstites, iratā victoris clementiā, catenata seruitute luunt.

Illud nescio, an Tv supplicium tantū appellari velis ex rebelli, quod victoriā & pacem suam appellat Respublica; cū is, qui immani errorum licentiæ velificādo, vel scelerum & rapinarū impotens, hostili fæuitiā, domesticæ oræ oppidis, incolisq; aliquādiu diuexatis, victus, captusq; rebellionis simul pænas, & cognomen gentis pertinaciæ dedit, cuius libertati illuserat.

Sed nunc singularis se, non victoriarū tantū, verum etiam vindictæ campus aperit. Hactenus enim impunè, insidiæ, tacitumq; belli nefas, ac diuini pariter humaniq; iuris contemtus, et iam cruenta regnandi libido, & quicquid parricidium facit, innocentiae quodammodo insultabant; tanquā vicisset, qui scelere superasset. Nam postquam parendi primò necessitudinem, qua Tibi obnoxius erat, tum Patruum, exuisset ille, qui hæc, cum fide, integritate, iureiurando ac sanguine, Tibi debebat, cōtinuò trās mare nauigauit scelus, quo inquiete mētis furias, onemq; tyrānidis rabiē, quam domi inter cognatas acies ac mox consanguineas cædes explere nequiuerat, externa clade satia-

ret.

ret. Ac initio quidem, fortunam secum inter
fraudes & furtā, repente latrocinio trahebat,
& incendia atq; depopulationes, per Liuoniam,
nihil tale, neq; merentem, neq; metuentem spar-
gebat. Bello sane hostis, sed & contemtu præ-
do dignus erat. Itaq; vicinæ solum genti, non
dum totis regni viribus vindictam imperasti.
Et suffecere fortissimo populo auspicia Tua,
In quibus salutem & gloriam, vim atq; victori-
am accipiebant. Nec vile sibi experimentum
prima virtus depoposcit, cui testis esse debuit,
fortissima tunc & hostilis ciuitas Kokenhau-
sum. Iuuat in vnâ intueri omnes, & hinc iam
reliquarum fata audire. Non procul inde, va-
lida hostium manus, multitudinis fiducia expe-
ctationem ciuium, belli terrore campos im-
pleuerat: exiguae erant Tuorum copiae, sed
quæ animos potius quam numerum, & æquita-
tem non perfidiam ad bellum attulerant:
gaudebant tandem præberi copiam pugnæ,
vltroq; ad morantes aduolabant: at quo im-
petu? qua alacritate? quibus viribus? vicioz-
ria omnia ostendit, cum fusi, fugatiq; hostes,
omnia sanguine, fuga, cadaueribus constraue-
runt. Sic primitias belli, Tuus Tibi exercitus
approbavit, tanquam tunc efficere voluerit, vt

nunquam

in posterum in Liuonia vinci posset : talemq;
se ostendit Ciuitati, quæ cruentâ belli tempe-
state propè auditâ, spoliaq; & notos captiuo-
rum vultus, atq; vexilla, alienæ manus ludi-
bria, tormentaq;, quodam quasi captiuitatis
sensu tacitura, è muris turribusq; prospe-
ctans, iam supplex esse maluit, quam redeun-
tem cum Victoria vim experiri Victorū. Plus
animorum Vendæ fuit, ut plus ex se gloriæ da-
ret. Nam quia oppugnationem machinasq; &
impetum sustinere ausa est, oportuit vinci, ma-
gnæq; laudis necessitatē intravit, non potuisse
nisi vi capi. Hac enim absens victorias Tuas au-
diebas, mox ipse pectus opponere bello volui-
sti. Vbi Tuam, erga laceratam prouinciam vi-
deo caritatem, sed & felicitatem admiror, qua
restituisti: video amore in Milites, sed pugnas
expecto, si dabit hostis: video fortitudinem,
sed victoriam volo, quam ante coactus est ho-
stis dare, quam venires, aut aggrederere vin-
cere. Quid enim ad victoriz festinationem
manifestius? aut ad supremi Numinis vindic-
tam efficacius; aut ad Tuum animum lætius
euenire potuit, quam Ducem ipsum, quem
iam scelerum immanitas, regniq; furiæ & Lin-
copense nefas, præcipitem agebant, non susti-
nere

nere aduentum Tuum, sed relicta Riga, quam
graui affligebat obsidione; desertis maritimis
propugnaculis, quæ magnis laboribus exstru-
xerat; spe tam optatæ prædæ, & tot tanto-
rumq; conatum audaciā repente abiecta, præ-
cipiti se itinere Parnauiam proripere, & non
ante fugæ finem facere, quām mare illum à
conspicu contagiūq; hostilis terræ abstulisset?
An noluit tarda esse victoria, nè diu à Reipub.
gubernaculis abesse? cum Te mox Regij no-
minis maiestas, supremaq; Regni cura, quæ
nisi Tuā præsentia ex dignitate administrari
non poterant, reuocauerint. In quo illud, non
mediocriter admirandū contigit, vt te Vilnam
tantūm reuersum, statim lequeretur, ex hoste
Victoria, spoliaq; & signa ac festinum Vol-
mariæ receptæ decus, & qui triumphum per-
ficerent, captiui hostium duces; quorum eti-
am alter, paterni belli supplicium captiuitate
suā præferebat. Talem Te POLONIA redire
voluit, vt cum Te vniuersa vicisse sciret, tota
videret Triumphantem. Sed mihi nunc in tan-
ta rerum gestarum multitudine, copia angusti-
am, ipsaq; abundantia difficultatem facit. De-
ditasne enim ciuitates, arcesq; loquar, cum
captæ passim, expugnatæq; occurrant? an ho-

stium copias, exercitusq; ante armorum conflictum fugientes persequar? cum sese illi, vi profligati cæsiq; obijciant; An verò, vt seruaret ordinem Victoria, quadam clavis vicinitate & continuatione, vinci, capiç; omnia debebant? Nam, quid Felinjō fortius, aut pertinacius? quid ad dolum & insidias periculosis? vt tamen vinceretur, sua fraude, suis cuniculis, suo ab igne, spoliari debuit muris, nudari turribus, exui duce, suamq; rogare deditonem. Quid porrò Album lapidem, ciuitatem validam, & firmitudinem nomine ipso minitante, multis commemorem? aut pulcra illa arcium decora, Coster Moyza, & Raciborum recepta? aut cæsas hostium legiones? quę ideo quo dammodo in itinere mox occurserunt, vt per insignem earum cædem, lætior trāsiliret exercitus quicquid viarum Derpatum interiacebat, quod aliter vincere dedignabatur, quam ostensis cæsorum signis. Mitto sylvas & palus des, in quibus sæpè quærendi hostes erant, vt pugnaretur; extrahendi, vt vincerentur: trans eo Viesenstenia itinera, inq; ijs septem penè millium hinc inde stragem. Nam ad Kirchholmensem propero victoriam, magnam iamdiu & toto orbe celebratam. Quid enim de hostiū co-

re cœpit, & timere sine damno non potuit,
quando sonitus tantum, atq; asperius aduenientis exercitus, & accepta longè formido, supremo Vrbis fato prælufit, vt teçis natalibus, & ciuitati omni, quæ muros arcis ambiebat, ignem injicerent. Adhuc se Tuorum virtus non experiebatur, & vim suam in hoste sentiebat. Interim sub pellibus & aperto Ioue, inter nocturnos pariter & diuturnos labores, sese militaris patientia, ad hanc constantiæ laudem, quam diuturnæ obsidionis molestia frangere non potuit, præparabat. Quod quidem eò fuit gloriiosius, quò maioribus vndiq; terra illa exasperatur difficultibus, cum aliarum regionum, tam parum temperiem accipiat, quam procul nomen audit, & moderatos earum dies iuxta ac commercia haçtenus, ignorauerit. Quid paludes, stagnaq; & lacus loquar, qui omni mense & ætate, veluti cælum non sentiunt? Nam vbi proprium illud, & hinc penè immobile astrum, consueta adfert frigora, quid aut rigidâ loci naturâ mansuetius? aut suâ Arcto lenius? aut propinquis Trionibus blandius adferre potest? Quæ cum ita se habere soleant, meritò in admirationem nunc rapimur, quod veluti oblita æternæ legis Molcouia, multum

præter

præter solitum, hisce vtrisq; annis, de vi hyemis remiserit, adeo vt, (si fas est dicere) bis autumnus, postquam suum expleuisset orbem, pene ob parem aeris clementiam, sequentes etiam menses suis annumerasset, nisi numerasset. Nam gelu ipsum, suo sidere armatum, cum diu aduentum suspendisset, tantum absuit, vt tarditatem seueritate castigaret, vt interim potius, moderationis apparatum instruxisse credi possit. Sed angustè felicitatem Tuam æstimat, qui id tantum, quod fieri solet, sperat. Et ad nos, boni huius sensus peruenit, & incōmoda brumæ, beneficio militiæ Tuæ, in sede suâ, quodammodo ignorauimus. Non poterat quidem Terra, omnem supraslanti Vrſæ, vicinoq; Polo, detrahere asperitatem; futuri tamen Domini lenocinata obsequijs, suâ se barbarie & horrore paululum exuit, & ad Tui venerationem, cultior, mitiorq; processit. Interea tamen multum Reipublicæ, plurimum exercitui, FORTISSIME REX præstitisti, qui non longinquâ ipse securitate, aut timidâ aure, militum incommoda procul audiebas, sed pars ipse maxima laborum, corpora atq; animos aliorum sustentabas. Sæpè enim & plerumq; in longa obsidionis morâ fit, vt multa ac di-

ac diuersa rerum discrimina, patientiam militum, castraq; periclitentur, aut infringant omnino; vnde per varios interdum casus, vniuersa belli fortuna errat. Sed hoc tam ancipitis aleæ periculum, quibus consilijs adieris, quo animo sustinueris, admirari omnes magis, quam assequi quisquam vnuis potest. Nec fruſtra apud Alexandri Magni aras (ſi historiarum diligentiae credimus) caſtra explicabas, vnde, cum reliquas inuicti Imperatoris virtutes, tum verò eam maximè hauriebas, quæ magnis deſſe cæptis prohibet, eaq; ad exitum, omnium moleſtiarum & laborum cum negleſtu deducere iubet. Quamuis itaq; omnia ea, quæ ſingula ſæpe fortissimos Reges, à bellorum continuatione abſtrahere ſolent, auribus atq; animo Tuō obuerſarentur, nunquam tamen obſeruantiorem Te difficultatum, quam honoris inuenerunt; nè cum omnis gloria, virtusq; in integro eſſet, ſola omnium fortissima, Conſtantia non conſtaret. Videbas quam iniquo penè tempore Regno exceſſiſſes; audiebas non falſos infidæ vicinitatis tumultus, nec expeditionis labore abſtinuisti, neq; obſidionis conſilium ſoluisti, cum magnæ & inculpatæ excuſationis deſenſione uti potueris. Quid?

audiſſ

I

quod

quod Regum aliorum, non consuetudo tan-
tum, sed & dignitas quodammodo, longiorem
absentiam negabat? Nam infinita alia non cō-
memoro, quibus lōca omnia perstrepebant.
Diuersorum enim in Moscouia exercituum
terrorem, & varia vrbiū ac nationum aliarū
auxilia, & volitantem passim Magnorum Du-
cum potentiam, timidi tantum esset vereri.
Cum autem dulcedo ipsa quietis, naturali qua-
dam vehementia, humanis semper animis blā-
diatur, quid hanc ipsam validius iuuare potu-
isset, quam flagrantissimum Tui, hominum in
Regno omnium desiderium? quid imperiosi-
us redditum impetrare, quam suprema Reipub.
necessitas, cui Tua debebatur præsentia? Et
vicissent sine dubio, vniuersa hæc iniunctam ali-
oqui Constantiam, si Tua vinci potuisset. Etsi
vero plures, maioresq; indies obsidionis diffi-
cultates euadabant, & rebellium pertinacia
frangi adhuc aut vinci non poterat, nè tamen
semper non vinceret, aliunde passim præcla-
ras de se victorias Moscouia Tibi debebat.
Quid enim iucundius aut memorabilius, quam
vno simul tempore, viginti circiter ciuitatum
arciumq; expugnatarum decora, in castra ad
Te venire? Et sic quidem vindictam de rebel-
libus

libus incæperas, cum victoriam de hostibus,
quantam raro maiorum æuo habuere Reges,
singulari Dei beneficio, & militum virtute ac-
cepisti. Nam postquam suprema causarum se-
ries, & quicquid fatum vocatur, in translatio-
nem Moscoviaæ consenserat, omne ipsa non
belli tantum, sed imperij robur, vno Cluszi-
nensi prælio succubuisse sensit. In quo, tametsi
omnia, quæ victoriam facere solent, quodam-
modo hostes habebant, nihil tamen iniuum,
nihil iniustum, Tuorum virtuti fuit. Relictis
enim à tergo hostibus, quos paludibus clause-
rant, noctu, itinere difficiili ad castra Mosco-
rum ita accelerarunt, ut licet maximæ eorum
copiæ essent, externoq; milite vires numerūq;
ad quadraginta sex millia auxissent, eos tamen
ausa sit & irritare, & elicere septis, & ad pu-
gnam prouocare, non omnino quatuor milli-
um fessa manus. Et iam precium belli Mo-
scovia erat, & dignus, qui mereretur, videri
volet Polonvs. Itaq; cum telis aliquantò
impune hostium obiectus esset, & ipse suis non-
dum yti posset, cum illi post munimenta con-
sisteret, sine mora, facileq; ostendit, se, cum
pugnare non posset, posse vincere. Simul e-
nim peccoribus equorum, perruptâ, perfra-

stâq; longè latêq; sepe, hostem & cecidit, &
supplicem vidit, & fugauit, & victoriam suam
vîq; MOSCOVIAM secutus est. Et hæc diutiùs
terrorem non tulit, quâm certis legibus in de-
ditionem, & sub imperiū veniret. Cuius facti
magnitudinem, si nunc admiratur quisquam,
magis tunc admirabitur, cum hanc vnam ferè
gentem fuisse animaduertet, quæ post primam
virium ac potentiæ originem, nunquam exter-
ni, non dico, iugum legesq;, sed accessum, sed
aspectum, domini admiserit. Nam alibi terra-
rum, quæ natio, quis populus, quæ vrbs, tam
aut gloriâ, aut viribus pollens, potensq; un-
quam fuit, vt hanc summæ rei integritatem,
iam olim non amiserit? Etenim, (vt regna a-
lia quodammodo vniuersa præteream,) quid
Macedonum fortitudine inuictum magis? aut
Persarum opibus splendidiùs? atqui hi post
Darium, in aliena iura transierunt; illi in Per-
sei triumpho, regnum, nomenq; Romanis de-
dere. Quid Roma? quæ insigni rerum huma-
uarum ludibrio, regibus regnisq; omnibus vi-
detur insultasse, an suæ ciuitatis generisq; diu
regem habere potuit? A fraterna cæde pri-
mum acceperat, non totum fatis terræq; re-
linquendum, vt alterum in Curibus Sabinis
religio

religio inueniret, non duraturum vltra nepo-
tem; vt mox Græcorum exilibus, demum è
Corniculana præda, captiuo sanguini, vñq; ad
cognomenti iniuriam seruiret. Nam Cæsares
suos, cum optimos amisisset in Tito, pessimos
extinxisset in Domitiano, postmodū ex Thra-
cia Hispaniaq;, quomodo antea seruos ad er-
gastula, coacta est accipere. Cum hanc itaq;
sola hucusq; præ cæteris Moscouia, ingenio
armisq; laudem obtinuerit, vt in solio, semper
ciuem habere potuerit, nunquam voluerit a-
lienum; Tua quoq; solius, INVICT.^{me} REX,
hæc gloria erit, quod cum eum etiamnum ha-
bere potuerit, aut iam habuerit potius, Tuо
primum succubuerit nomini. Sed hanc tam
insignem, tamq; admirabilem occulti fati po-
tentiam, illustrius ipsa commendare non po-
tuit, quām cum manus in summi imperij ius,
atq; maiestatem iniecit, principesq; suos in vin-
cula & catenas traxit, eosq; tanquam obsides
& pignus animorum, ac primum munus Tibi
misit. Illud verò, quām rarum & inauditum
fidei ac benevolentiae monumentum fuit, an
periculum? cum illum ipsum, qui sese in su-
premium Demetrij simul, Cæsarumq; nomen
adoptauerat, tunc cum regio frui matrimonio,
& prolis

& prolis accessione, speciem sibi regni propagasse visus esset, cum prouinciarum, urbium, arciumq; titulis exultaret, cum exercituum, bellorumq; terrore cinis late volaret, cum tyrannide ipsa tanquam summæ potentiae vltimo stabilimento vteretur, hunc inquam, Tuæ mactauit securitati. Tanti constitit Moscouiam ad peregrina transire iura: tantum intererat ad Tuam mutari fidem? Solent in annuis conuersionibus, tonitrua & fulgura & tempestates nouas siderum præire inclinaciones. Ita nunc, huius tanti, tamq; immoti hactenus imperij translationem, illa prouinciarum fulmina, illa principum vincula, cædesq; illi bellorum tumultus præcessere. Quanquam, si vniuersam hanc rerum temporumq; conuersionem respiciamus, altius quoq; & multum supra terras, se se hæc præsaga tempestatum & turbarum moles protulit, cum cælestia ipsa, & quicquid inde ad nos terrestre non est, suam veluti perturbationem, Moscouiticæ expeditioni, commodauerit. Licet enim & huc, (vbi maximæ mutationes accidere,) reuocare vesperas illas, quibus aliquantò post discessum Tuum, tenebræ, cælum noctemq; suam prodigijs tradidere, quæ mox communem amplexa for-

xa formidinem, immensâ bellorum imagine,
aerem omnem, lucemq; alienam impleuerunt:
iamq; acies visæ concurrere, & permistus viro-
rum, equorumq; ardor, & pugnantium impe-
tus, vacuum æthera lacerare; vulnera inde &
cædes & morientiū lapsus, & sine sanguine cru-
enta spacia; inde alterno conspicua terrore
fuga, inter irritos pugnantium aut cadentium
fremitus, & innoxia clamorum ludibria, occul-
tam belli fortunam Martemq; fatigare; donec
omnis portentorum sœtitia, spequantum me-
tu atq; admiratione defuncta, vniuersam bellii
faciem consumisset: Ita demum rediit pax
nocti, & innocentia nubibus. Timere ista fas
erat, nisi ille, pugnaturi pro virtute, pro fide,
pro æquitate, cæli apparatus fuisset. Qui ta-
men nusquam, vel in prælijs, vel in arcibus re-
cuperandis, maximè in Smolenscæ expugna-
tione, humano labore & bellicæ virtuti, titulos
laudesq; suas, auferre voluit. Ac primo qui-
dem, quid animis obsecorum immanius? quid
barbarie insolentius? quid ferociâ pertinacius
esse potuit? Circumfrēmebant adiacentium
oppidorum atq; arcium dēditiones aut strages;
ostendebantur ante mænia, Cluszinensis cladis
reliquiae; audiebant cæsos profligatosq; exer-
citū,

citus, quorum aduentui salutem suam crediderant; nunciabatur caput vniuersæ regionis, post violenta noui Tyranni dehonestamenta, maiestati Polonæ se se submisisse; videbant infringi mænia, muros turribus nudari, promiscuam mortaliū omnium fugam, neq; adhuc peruicaciam exuebant, aut vinci posse sperabant. Iam verò quæ lues, quam immanis morborum contagio! Et hæc post innumera vndiq; conclamata funera, ciuium officia, propinquorum caritatem, vires omnium, terræ deniq; capacitatem ad sepeliendum, non animos hominum ad resistendum, superare potuit. Quid deniq; de murorum altitudine atq; robore? de vallorum firmitate? de fossarum amplitudine? de interiori pomærio, dicam? quæ ita rerum extremarum metus, aduersus impetum, & vim omnem munierat, vt in ijs cladem, calamitatemq; vniuersam contemnerent. Ea tamen omnia, quām insigni fortitudine, tam exiguo milite, perrupisti more fulminis, quod eodem impetu tangit, incendit, frangit; sic Tibi mænia, omnisci Smolensca vbiq; simul contremuit, arsit, cecidit, vt vndiq; intraret victoria. O felicem noctem! an dies illa erat, quæ cum luce exoriebatur, non

com-

communis tantum diei huius, sed Tuæ etiam,
publicæq; gloriæ, cùm armatus, & equo sub-
limis, inuictum exercitum, & moræ impatiens
tem, suoq; exultantem periculo, perduellis
Vrbis excidio immisisti. Evidem videor
intueri, hinc, Borysthenem illius obstinati-
onem indignantem, toto placide fluvio, tanquam
tegendo, super Tuos decurrere cuniculos, &
subterlabentis vltro patientem ignis, maiori
subinde murmure, veluti parturientis incen-
dij strepitus occultare, nè exaudiret hostis, do-
nec excusus latè murus, supremum omnibus
terrorem & victricia penitus impegit arma:
illinc verò, inter varios machinarum appara-
tus, sanguine interdum nullo aut exiguo, ad-
uersum frequentissima hostium tela, & eam,
quam desperatio excitare solet vim, ingenti
virtutis contentione, diuersaq; laborum facie,
milites aut ascensu muros superare, aut portas
infringere, omnemq; quam de se hostis reli-
querat, explere vindictam. Semper ad victo-
rias Tuas INVICT.^{me} REX, exclamare licet;
quippe quæ maximam semper admirationem
hominum concitant, & stuporem: huius tam
insignis celeritas fuit, vt hostes non se antè vi-
ctos, quam obrutos senserint; tanta magnitu-

K do, vt

do, ut nihil ad laudem illustrius, nihil ad rerum
gestarum amplitudinem magnificentius, nihil
ad posteritatis memoriam gloriōsius euenire
potuerit. Quæ enim iamdiu, magis regni vni-
uersi rem atq; potestatem auxit? aut terrorem
longius in hostes diffudit? aut virtute bellicâ,
nationum omnium prædicationem vehemen-
tiūs prouocauit? quando pax & tranquillitas
publica, latiori muro circumuallata? aut di-
gnitas, cumulatiūs euectia, atq; amplificata est?
Quid illa, omni humano beneficio maior, sim-
ceræ Religionis propagatio, quantum Viçio-
riæ Tuæ semper debebit, cum qua nouam
nunc primūm accessionem atq; incrementum
accipiet? Sed quid his tantum spacijs trium-
phi magnificentiam includo? cui, post Boles-
laorum memoriam, (quorum primus, terge-
minis maximarum nationum fluuijs, testes pro-
lati imperij columnas posuit; penultimus qua-
dragies septies victor, tyrannidem simul, Re-
gemq; alieno regno abstulit,) parem nullum
habuit Polonia? Vidimus enim maximæ &
felicissimæ pugnæ effigiem, gentium celeber-
rimarum sanguine aut verecundia rubentem,
vidimus profligatorum exercituum, expugna-
tarum arcium, captarum ciuitatum simulacra;

vidimus

vidimus Moscouiam ; post immensa terrarum
spacia, suam frustra magnitudinem antea Ta-
naj & Mæotide palude metientem, Tuæ nunc
iterum atq; iterum supplicem felicitati : vidis-
semus & catenata Maximorum Principum
supplicia, & post vniuersa imperij nomina, de-
tracta ceruicibus diademata , captiuasq; Du-
cum manus, nisi Tv supra Imperatorum & Re-
gum consuetudinem, fortunam moderatè ha-
bendam, & grauissimorum casuum fœ uitiam,
misericordiâ & silentio magis , quàm ostenta-
tione dignas , censuisses , & rerum gestarum
conscientiâ contentus, modestiam plûs quàm
pompam, clementiam, quàm gloriam , ante
triumphalem currum præmissses. Neq; enim
minor cuiquam videri debet laus, quod supre-
mus Moscorum Tyrannus, qui à glaciali Oce-
ano ad Carpathum montem , & Borysthene ,
ad Pontum Euxinum, latè imperitabat , cum
coniuge & liberis, omniq; domo in Tuam po-
testatem redactus , sibi donatur , & à publici
spectaculi ludibrio potius seponitur, quàm in
Triumpho ostenditur. Videt id tamen animis,
taciteq; agnoscens Respub , non minus hoc
ipsum, ad Tuam refert gloriam , quàm ad su-
am felicitatem, quod optatâ , nunc tandem

K ij

vindictâ,


vindictâ, de perduellium fraude atq; perfidiâ,
fruatur; quod vetustos regni terminos restitu-
tos, nouos in immensum propagatos, accipiat;
quod suam demum redeuntem Prouinciam vi-
deat, quâ centum hucusq; acerbè, molestèq;
caruit annis. O gratum biennium, tantâ anno-
rum morâ, tanto rerum, opumq; & honorum
emolumento, lucroq; exolutum! Cum itaq;
per varios hactenus Regum casus, recuperan-
dæ Smolenscæ gloria trepidauerit, integra se
nunc, ad nostra tempora, & TE SIGISMVNDE,
recepit, vt Nomen hoc non frustra repperisse,
sed consultò quæsiuisse, videatur. Nam, vt sub
Primo Sigismundo, magno cum Reipub. vul-
nere, in manus hostium Prouincia illa integra
venerat, ita iam, debito siderum cursu circum-
acto, tanquam fatali expleto orbe, SIGISMVN-
DVM vindicem accepit. Sed antea quidem,
fraude ac proditione, amissa est Smolensca, vt
tantò nunc clarior esset virtus recuperantis,
quam seculum integrum expediuit. Tuum est,
RESPVBLICA prouidere, quantis Nomen hoc sis
ornatura honoribus, cuius hucusq; memoriâ,
centum annorum iactura afflixit: Tuum, in-
quam, æstimare quomodo TERTIVM appelles,
qui duorum primus, famam & dignitatem no-
minis


minis Poloni, cum prouinciâ, afferuit. Illorum
enim nomina, cum hæc tanta transierit felici-
tas, iure ipsa, nunc inde dici atq; numerari vo-
let, vnde incæpit: & potius à virtute, quām à
serie, Reges cognomenta accipiunt. Habuisti
antea Audaces, & cognominalisti; sensisti Ma-
gnos, & appellasti; nondum nosti Augustos,
& dedisti hoc natalitio mensi: habes nunc For-
tem, habes Maximum, habes Felicissimum, vt
ne vetustatē de gratitudine consulas aliquam,
quæ in beneficij nouitate superauit omnem.
Nam, quā in posterum morâ, studia in Regem
Tua incipies aut propagabis, ipsius inuicta vir-
tus, tunc monstrauit, cùm Smolenscæ recu-
perationem, à seculari cursu incæpit. Sic cum
Illi gloria, mutua felicitas ordiri voluit; sic
Tuum incipere decus debuit; quod vt Tuum
eslet, fecit SIGISMVNDVS; vt sit sempiternum,
Tua virtus efficiet.





8118
16





Konservację przeprowadził(e):
Janusz Delimata
Wrocław, dnia 25. II 1987

Dezynfekcję przeprowadził(e):
10 II 1987 Cz. Kowalewski
Wrocław, dnia _____

8118
-16

